Sed solum approbationem persone.sic Panor.in.d.c.venerabilem.in xiiij.notabili.Sic Henricus luxemburgus/Vigesimus Germanorum imperator.de quo loquitur tex.in dicta Cle.Cum fuisset per pricipes germanie electus imperator destinauit ad Clementem quintum qui tunc erat apud Auinionem/nuncios certos cum mandato speciali de petenda confirmatione electionis ac prestando sacramento.vt appa- ret in.§.nos itaq;.Refert Guill.de mon.lau.se fuisse presentem tempo re publicationis illarum literarum continẽtium mandatum illud. Et adijcit ipse/in illis literis fuisse clausulã que sequitur/dantes nihilomi- nus eisdẽ ꝓcuratorib⁹ & nũcijs & eorũ cuilibet per presentes literas in mandatis vt defectum supplere valeant.Et huic procuratorio addere quicquid quo ad presens negocium expediẽdum substãtie vel solẽni- tatis posset esse necessariũ/vel vtile/per occupationẽ vel al's omissum. & sic vti quo ad addita ac si fuissent ꝓcuratorio apposita per nosipsos. Et adde ꝙ vt cauetur per illum tex.in.§.al'.nos itaq;.dum henricus il le fuit approbatus per Clementem prestitit sacramentum fidelitatis per dictos nuncios habẽtes. vt supra mandatum speciale.Et preter il- lum tex.& scribentes ibi dic ꝙ Clemens ea lege approbauit eum/ꝙ biẽnium accederet Romam/coronam accepturus a tribus cardinali- bus ad negocium huiusmodi per papam cõmissis/iniũxit quoq; idem Clemens ꝙ idem Henricus cum valido exercitu Italiam ingredere- tur ad sedandas factiones que tunc illic erãt. Nam per quãcũq; ciuita tem & oppidum Italie cedebantur passim ciues, necabantur senes & allidebantur infantes/existimabat autem pontifex se hoc iusto fecisse ad comprimendum motus huiusmodi.Sed ex ipsius henrici accessu in Italiam/multa incommoda Italis & populo Romano illata fuerũt Neq; cessauerunt odia intestina/seditiones/& factiones/sed magis su- sceperunt incrementum. Et tu etiam caue ꝙ idem Henricus Italiam ingressus iterum prestitit sacramẽtum fidelitatis in manu Ioannis de mollianis illud vicepape recipientis.

Hẽric⁹ luxẽ- burgus.

Hẽric⁹ cõfir- mat̃ apđ aui nionem.

SEXTA DECLARATIO ꝙ imperator electus post coronam fer- reã & argenteã quas suscipit in locis de quib⁹ quid designent p glo.in ver.porro.in verbo vestigijs.in di.cle.Romani.inũgitur per papã ma- nu Hostieñ.episcopi super hoc ab antiquo priuilegiati. Et vt supra de claratum est non delinitur sacro crismate/sed solum oleo sancto.vt ha betur in.c.vnico.de sacra vnctione. Et adde ꝙ imperator per talem vnctionem nullum recipit ordinem sacrum/licet quidam & male di- cant/ꝙ recipit subdiaconalem. Est verũ ꝙ episcopo in habitu subdia- conali ministrat.Sic tenet glo.fi.in.c.valentinianus.lxiij.dist.Sic spe.

De triplici corona.

Host.cardia lis consecrat imperatorẽ.

Impator nõ recipit ex vn ctione sacrũ ordinem.

in ti.de lega.§.nūc ostendendū versi.xxxix.sic Io.an.panor.& imo. in dicto ca.venerabilem.Et ad tex.in.d.ca.Valentinianus,dū dicit ordinē,expone id est officium.Et ad tex.in dicto ca.venerabilē qui dum loquitur de imperatore dicit inungimus & consecramus, dic q verbum cōsecramus illic ponitur improprie pro delinitiōe seu vnctione.

Impator papę a'quo'coronaț iurat.

SEPTIMA DECLARATIO Imperator post electionē de eo factam,& inunctionem, est per papam coronandus corona aurea, quam ipse recipit post sacramentum fidelitatis ab eo pręstitum,de quo sacramēto habetur in ca.tibi dño,& in ca.ego Ludouicus.lxiij. di.& habetur in cle.Roma.allegata,in cuius decretalis discursu apparet,Quod ille Henricus Luxemburgus ter præstitit hoc sacramētum.Primo apud Auinionē per nuncios speciales quādo fuit declaratus Rex Romanorum.Secūdo præstitit in ingressu Italiæ Ioanni de mollianis illud vice papę recipienti.Tercio Romę tribus cardinalibus deputatis in vnctione & consecratione ipsius,qui cum negasset adhuc,se nescire sacramentū fidelitatis tale a se vel suis præ decessoribus pręstitum,idq cōstanter affirmasset in multitudine copiosa pertinaciter ac mendose,necnon accersitis notarijs,motus est clemens vt in concilio generali declararet sacramentū ab illo Henrico totiens repetitum esse sacramētum fidelitatis.Idē quoq Henricus dum contra Robertum Regē Siciliæ in reg.Neapolitano existentem tulisset in ciuitate Pisana sententiam,qua & regno ipo & reliquis terris . necnon dominijs & iurisditionibus priuabat eum, declarando ipsum in crimen lesę maiestatis incurrisse,absoluēdo quoq & vassallos.&c.Ne hoc faceret pręiudicium Roberto,aut successoribus eius,declarat Clemens post mortem eiusdem Henrici veneno(vt quidam dicunt)extincti sententiam illam aut fuisse maligne iniustam,& latam contra non citatum debite.Sed in loco vbi erant sibi capitales inimici.Ac cōtra eū qui esset i loco Sicilię quod nō est de ditione imperatoris sed papę.

Propter Hēricū & cle.ne Roma.& pastoralis factę sunt,

ET EX HIS designatur maioritas papę super imperatorē, dū imperator ab eodē papa rex Romanorū declaratur Imperator & coronatur quę maioritas si negaretur esset ponere duo principia,de quo copiose Panor.in ca,nouit in tertia col.de iudi.vbi notatur per eūdem de Dante poeta qui de heresi fuit conuictus, quia negabat in libro quē de monarchia scribit,hanc papę superioritatem de quo Bar.meminit in.l.j.de requi.reis.ff. Ex qua maioritate insurgit, q non solum reges(sed imperator ipse)per papā ex causa deponi pos-

Superioritas papę aduersus impatorē

ſint vt habetur in ca.alius.xv.q.vj.in ca.ad apoſtolicę.de re iudi.in vj.Et ille gladius materialis qui in habitu eſt penes eccleſiam tunc reducitur ad actum.Ideo etiam vacante imperio,papa ſuccedit in adminiſtratiōe de quo notatur i ca.licet ex ſuſcepto de fo.cōpe.vbi eſt vulgata Inno.theorica cum qua ipſe Io.an.Anto.pa.& Imo.cō-muniter tranſeunt.Et hec ſufficiant/quantum ad Chriſtianiſſimi regis delinitionem /qui rex ſucceſſione aſſumi ſolet/ etiam ſi (vt Bal. vult)extet in milleſimo gradu quiſq̄ de ſemine regio , ita ipſe Bal. in ca.vnico de feudo marchię,hæc etiam ſufficiant de imperatore, qui prouenit electione,vnctione,& conſecratione,& ſunt notanda quæ alio loco non inueniuntur diſcuſſa.

TERTIA CONCLVSIO.

Cardialatus an ſit de iure diuino.



ARDINALATVS REALITer dignitate & miniſterio eſt de iure diuio,ita tenēt Hoſt.Io.an.&Panor.i.c.ij.de cle.nō reſid. ſic Panor.in ca.per venerabilē q filij ſunt legi.Sic Barb.i.j.q.Baſil.trac.ſui de p̄ſtantia cardinaliū,& hæc opinio ſuadet̄ auctoritatibus q̄ ſequunt̄.Primo p id quod ſcribit̄ in Deuteronomio,ſi difficile & ambiguū iudiciū eſſe perſpexeris inter leprā & leprā ſanguinem & ſanguinē,recurres ad ſacerdotes Leuitici generis Qđ vero de cardinalibus intelligat̄ probat tex. in.d.c.per venerabi.in verbo ſunt autē ſacerdotes Leuitici generis fratres noſtri,qui nobis in executione ſacerdotalis officij coadiutores exiſtunt.Et inquantū aliq dicunt illum tex. potius de epiſcopis itelligendū q̄ de cardinalib⁹. Epiſcopi enim ſunt fratres papę,& ſucceſſores apoſtolorū.Qui ep̄i petro equales fuerūt in ordine,licet eis ipſe eſſet adminiſtratiōe ſuperior ca. in nouo teſta.xxj.di.Idcirco papa dū ſcribit ep̄is appellat fratres aliter ſi ſcriberet reſcriptū ei⁹ eēt ſubrepticiū.c.q̄ graui de crimīe fal.& in eccleſia nō eſt ordo maior epiſcopali tenēdo epiſco-patū cū canoniſtis eſſe ordinē,licet contra theologi,de quo notat̄ in procœmio ſexti.Tu reſpōde dupliciter.Primo,& dū papa cōmemorat totū collegiū Cardinaliū.Cardinales appellat fratres,eſto ꝙ in collegio cardinalium pro maiore numero ſint quidā pbr̄i, & diaconi,vt videlicet a digniori fiat denomiatio.glo. reputata ſingularis in ca.j.iſto ti.i.vj.Cū alioquin dū papa cardinali diacono, aut pbr̄o

De collegio cardina facit papa mētio-nē ſub appellatiōe fratrū.

ſcribit.Eos nominat filios i.c.dilecto filio de prębē.ex.Scđo ꝙ tex. allega.in.§.rationi.ſit de Cardinalibus intelligēdus probat tex.con iūctus illi.in.c.fundamēta.§.decet de elec.i.vj.decet(dicit ille tex.) Romano pōtifici per fratres ſuos ſacro ſanctę Romanę eccleſię car dinales,qui ſibi i executiōe ſacerdotalis officij coadiutores exiſtūt libera prouenire cōcilia,quo verbo coadiutorū vtiť tex.d.§.rōnib⁹.
SECVNDO PRObatur ꝑ id ꝙ ſcribiť.j.reg.ij.& recitať apđ pſal‑mographū. Domini ſunt cardies orbis terrę,quā auctoritatē dicit Hoſt.i.c.ij.de cle.nō reſid.de cardinalib⁹ eſſe intelligendā.Mihi tñ videť hęc auctoritas eſſe dubitabilis.Nā intelligēdo/ꝙ ly.dñi ſit ge nitiui caſus/nō nominatiui(vt Hoſt.voluit)eſt ſenſus.Qđ Cardines orbis terrę ſint dñi dei,domini em̄ eſt terra & plenitudo eius in ca. tua.l.ij.de deci.Barb.tñ i.j.q.Baſilica ſecut⁹ opi.Hoſt.Dicebat eū eſ ſe ſenſum illius auctoritatis.Qđ cardines id eſt Cardinales ſunt dñi orbis terrę.Qđ ſi verū eſſet,ſequereť ꝙ nomē cardinalis eſſet de iu‑re diuino,qđ ipſemet Barb.nō admittit ea.q.col.xij.Itē ſi cardina‑les eſſent dñi orbis terrę.Eſſet negare vniuerſalē iuriſditionalē pa‑pę cōtra tex.i.ca.cuncta per mundū.ix. queſt.iij.Eſſet quoq; nega re localem iuriſditionem epiſcoporum, qui habent ſuas limitatas dioceſes,vt i.c.j.xiij.q.j.in.c.j.lxxx.quæ diocesum partitiōes cōtin gūt,ꝑ flumia,riuos aquarū,caſtella,villas,mōtes, cacumia mōtiū not.Goffri.& Imola.i.c.cū cau.de proba.qđ ſi cardinales dicis do‑minos per vniuerſum orbem eſſet tollere iuriſditionē epiſcoporum vt ſupra limitatam.Et quæ limitatio fuit ſuperior,& antiquior iu‑riſditione & inſtitutione cardinalinm.Nā ſub Dionyſio papa.xxv. Facta eſt illa dioceſum limitatio.Præterea vt iſta cōcluſione quar‑ta dicetur cardinales habent ſpecialiter titulos ſuos,quibus habent iuriſditionem ſpecialem,ſiue ſint epiſcopi,ſiue prębyteri,ſiue dia coni,nō ergo habēt in vniuerſo orbe iuriſditionem.

Cardiales dñi orbis ter rę.

TERTIO PRObatur per id ꝙ ſcribiť.iij.reg.ca.vij.dū in illa diui tis tēpli ſtructura ſcribitur,ꝙ cardines oſtiorū domus interioris ſan cti ſanctoꝝ.Et oſtiorū domus templi ex auro erant,ſed hęc aucto‑ritas mihi videť dubitabilis.Nā vt ſupra præmiſi cardinalatus no‑men non fuit cognitum nec expreſſum in veteri,nec nouo teſta‑mento.Sed tu aduerte ꝙ præmiſſa auctoritas quæ ad literā de car‑dinalibus non poteſt hoc modo myſticę exponi.Primo domus in‑terioris templi nobis præfigurat eccleſiam quæ ex Romano ponti fice,& eius cardinalibus lateralibus,particulariumq; eccleſiarū prę latis,ac vniuerſo clero & populo conſtat,de conſe.diſt.j.eccleſia. &

iij.reg.vij.

apostolus Paulus ad Corinth.scribens.Templum dei inquit sanctū est,quod estis vos,ac idem ad Ephesios cum dixisset.Eos edifica tos supra fundamētum apostolorum & prophetarū in Christo Iesu summo angulari lapide,ac omnem edificationē crescere in templū sanctum,protinus adiecit in quo & vos coedificamini in templum dei in spiritu sancto, domus quoq; ipsa interior templi designare potest ecclesiam Romanam particularem,quę ex summo pōtifice & Cardinalibus est specialiter ordinata.Quæ aliarum ecclesiarum est radix ex maxima,vt testatur Cyprianus.xxiiij.q.j. loquitur.Et quomodo inquit radij solis multi sunt,sed vnum lumen,& rami ar boris multi sunt,sed robur vnum tenaci radice fundatum.Et quo- modo ex fonte vno riui plures defluunt,sic ecclesia Romana Luce domini pfusa per totum orbē radios suos porrigit,vnū tñ est quod vbicunq; diffunditur,vnum caput est vna origo,vna mater copio- sę fecunditatis. Adulterari non potest sponsa Christi,incorrupta & pudica,vnā domum nouit, his adde & Hieronymum e.ca.&.q.in ca.quicunq;.ad fi.Quicunq;(inquit,extra hāc domū agnum come derit prophanus erit)si quis in archa nō fuerit peribit regnāte dilu- uio.Idem quoq; Ciprian⁹.e.causa &.q.Alienus est,prophanus est, hostis est,habere non potest deum patrem qui ecclesię vniuersę nō non tenet vnitatem.Tertio in pręmissa auctoritate q̄ est in reg.vij. per sanctum sanctorum designatur summus pontifex. Nam si infe riores ministri sancti esse debeant vt in Leuitico scriptum est.San- cti estote quia ego dominus vester sanctus sum,& in Esaia.Munda mini qui fertis vasa domini,at multomagis summus pōtifex.Quis enim vt Symachus papa scribit.Sanctum esse dubitet quē apex tan tę dignitatis attollit,hijs adijci potest, quod eleganter Bernardus scribit epistola ad Eugenium quod ego retuli in repetitione ca.j.cō clu.v.de homici.idcirco non repeto.

QVARTA PER OSTIA domus interioris sacramenta eccle- się congrue & apposite designantur,de quibus sacramentis scribūt nostri in rub.de sacra.non iterādi.Primo(vt dicta nostrorum in me dium proferamus)Baptismus est ianua quæ nos in ecclesiam dei in troducit,per ordinum vero dignitatē ad diuia ministeria accessum babemus.Et penitentia nobis aperit fores ecclesię triumphātis,ad quam etiā per sacram eucharistiam progredimur,quę idcirco viati cum dicitur.Ceterum chrismalis cōfirmatio in hac iuisibili pugna cum hoste & contra eum nos corroborat,& extrema vnctio exeun- tes de pręlio huius seculi fortificat,Matrimonium autem terram re

plens ita maris & fœminæ accepta sacerdotali benedictiōe coniunctionem efficit spiritalem, vt duo in vnam carnem transeuntes, simul perseuerent, postremo in præmissa auctoritate quę est .iij. reg. vij. cardines aurei, Cardinales sanctæ Romanę ecclesię designant. Nam vt prouerbio .xij. scribitur. Ostium in cardine regit, sic cardinales sunt hij qui circa sanctum sanctorum, id est summū pontificē assistunt, ac quorum pręsidio nedū sacramēta ecclesię dirigūtur. sed ipsa tota ecclesia vniuersa, inde saluator noster, ex cuius latere sacramenta prodierunt, apud Ioānem scribit, Ego sum hostiū, Si quis p me non introierit non saluabitur. Apud Iob prophetam legit, gloriosum deum circa Cardines cæli ambulare, id est ecclesiam & eius hostia, a cardinalibus sustentari.

QVARTO PRINCIPAliter cardinalatus probat esse de iure diuino, ex eo q scribit in exodo ca. fi. Locutus est inquit dn̄s ad moysen. Applica quoq; ad te Aaron fratrem cū filijs de medio filiorum israel, vt sacerdotio fungant mihi. Et iterū applicabisq; Aarō, & filios eius ad fores tabernaculi, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & vnctio eorū in sacerdotiū proficiat sempiternū, Sunt qui locū illū sic exponant, vt Aaron summum pōtificem designet, & filij eius aqua loti reuerendissimos cardinales designāt cū omni vitę mundicia candidissimos, sed tu caue q glosa loco proxime allegato intelligit apostolos p quos debemus aulam ingredi cęli. Ad hos sunt applicādi Aaron & filij eius id est omnis cetus sanctorū, tāetsi ad Cardinales etiā accommodari possit, quos in locum apostolorum dicunt aliqui successisse, vt ĩfra latius dicetur.

QVIMTO, q Cardinalatus sit de iure diuino suadetur, quia cardinales ipsi sunt pars corpis papę in ca. felicis. vbi archi. & Io. an. de penis in. vi. Io. mo. in ca. vnico de scisma. in. vj. vnde licet ep̄i iurāt papę fidelitatē. Ego. N. de iure iu. Cardinales nō. Host. i. c. antiqua de priuileg. sed papat⁹ est de iure diuino, ergo Cardinalatus, hoc fundametū qđ fuit Barb. in. j. q. Basili. parū meo iudicio stringit. Nam potestas papę a christo pcessit, qui claues ecclesię cōtulit petro gerēti tippū ecclesię vniuersę cuius Christi vicarij sunt oēs Romani pontifices & successores Petri, vnde iuxta glosam ĩ cle. Romani ad principiū de iureiu. in cle. Si qua iura dicant, papā esse vicariū Petri, dic q gerit eandem vicariā quam Petrus. Cardinalatus vero vt supra duab⁹ proximis auctoritatibus patet, fuit saltem figuratiue ĩ veteri test. Cū potestas papę, vt supra dixi fuerit a Christo, Nec est verū q cardinales sunt ex toto pars corpis papę, seu q idē corpus mysticū

Cardinales pars corporis papæ.

cũ ipso cõstituant, quemadmodũ eps cũ canonicis de quibus i ca.no uit & ca.quãto de his q̃ fiũt a pręla. Nã licet canonici epatu vacante succedãt canonici in iurisditioib⁹ vt notaẽ in ca. Cũ olim.de maio.& obed. Nõ sic faciũt Cardinales Papatu vacãte de quo est glo.i.c.vni co de scisma i.vj.& habeẽ in cle. Romani de elec.

SEXTO FACIT ꝑ prędictis officiũ Cardinaliũ fuit de iure diui no, q instar sacerdotũ Leuitici generis sunt assumpti, vt cõsulãt papę & eccl'ię vniuersę, ergo & ipse Cardinalatus ne vna & eadẽ res di uerso iure censeaẽ.l.eũ q ędes de vsucap.ff. Sed hoc fundamẽtũ qđ fuit Barb.i.d.q.j.i col.ix. parũ vrget. Nã stare põt potestatẽ Cardina liũ in loco ꝓmisso q de sacerdotib⁹ Leuitici generis loquiẽ fuisse figu ratã, sed nõ probat institutionem Cardinaliũ saltẽ quãtũ ad nomẽ.

Cardinales an sint loco ap'l'orum.

SEPTIMO CARDINAles succedũt i locũ ap'l'orũ qđ fundamẽ tũ fuit primo Ludo.in cõcilio.ccccxxiij. Et istud tacito autore assu mit Barb.i.d.q.j.col.ix. Ostendiẽ istud dupl'r. Primo inquãtũ ap'l'i asti[illegible] t Christo ante passionẽ i quo statu oẽs ap'l'i fuerũt pares, nec petrus tũc præerat cęteris, sed oẽs erãt simplices sacerdotes de pe. di.j.§.econtra.i versi. Sacerdotũ.q p Petrũ & cęteros intelligunẽ. Et ea.di.in ca.quẽ pœnitet.ibi viuẽte dño sacerdotes fuerunt instituti. Fuerũt enim ordinati sacerdotes per hęc verba, hoc facite, aut scđm alios p ea verba, ite baptizate.glo.in.c.in nouo.in verbo pari consor tio.xxj.di. Nã Christus viuẽs solus habuit ꝓmariã potestatẽ ca.loq tur.xxiiij.q.j. Et ad illã potestatẽ magistralẽ designandã, nõ est ex pressior passus q̃ is in euãgelio quo ementes & vendentes non solũ eloquio, sed etiã flagello eliminauit a tẽplo.habeẽ in.c.ex multis.j. q.iij. Quinimo Christus viuẽs fuit prior sacerdotũ.xxiij.q.viij.cum a iudeis. Et fuit ver⁹ sacerdos & põtifex ca.dñs nr̃.lvj. Secũdo ap'l'i astiterũt Petro post passionẽ priusq̃ ad pręcandũ dimissi essent in quo tpe erat Petrus cephas.& id etiã vt esse voluerũt ipsi ap'l'i.d.c.i nouo. Sic Cardinales q assistunt papę, & eligũt eum q est vicarius dei & successor Petri ap'l'os scđm istas duas consideratiões repsẽtãt Qđ si ap'l'i considerantur, vt fidem catholicam in toto orbe ꝑdica runt, tunc loco eoꝝ succedunt epi, quorũ officium est prædicare, & cũcta speculari. Et propterea Inno.& post eũ alij in ca.cum in cun ctis dicit episcopos debere scire vetus & nouum testamentum, vt sint parati omni poscenti de fide rationẽ reddere. Et inquantũ dixi apostolos voluisse Petrũ in principẽ, & tanq̃ pręcipuũ a Christo da tum elegisse & assumpsisse. Gloriaẽ Barb.loco ꝓxime allegato.ele ctionẽ papę q̃ fit per Cardinales esse de iure diuino, tametsi doctor

quidam Catelanus auditor rotę obnixe & pertinaciter cōtenderet esse de iure positiuo. Et in eam sententiā coram Bessarione Cardinali Niceno viro gręcæ & latinę docto. produceret iura vulgata. in nomine domini. xxiij. di. & . lxxix. di, per totū. ca. licet de vitanda de ele. vbi periculū e. titu. in vj. Ne Romani e. titu. i Cle. Et per ista sit probata conclusio nostra, Cardinalatum consideratum fuisse de iure diuino, capiēdo ius diuinum proprie qđ in veteri vel nouo testamēto cōtinet̃. Notat Hugo in ca. humanū genus. j. di. glo. in cle. j. in verbo nulla iuris sanctio de summa trinitate. Nec obstat si dicatur Cardinales fuisse de iure positiuo sub Marcello, & Pontiano pontificibꝰ vt voluit archi. d, ca. vbi periculū. Sequit̃ Card. i. d. cle. Ne Romani. quia verū est, & fateri possumus nomē ipsum fuisse de iure positiuo, origo autem ipsa & institutio processit a iure diuino, vel vt Barb. dicebat. col. x. e. q. Argumentū istud procedit ab eo qđ est in concreto, ad id qđ est in abstracto. Nā stare potest aliter declarando q̄ ipse faciat, ꝙ pontifices p̄dicti Cardinales quosdā instituerit et coadiutores assumpserint. Ab eis tamen non processit prima institutio. Et cū de nomine Cardinalatus, origo incerta sit, tu considera ꝙ ante eosdem ab exordio nascentis ecclesiæ assumpserunt priores pontifices, coadiutores quosdam, coadiutores em̄ assumpsit Petrus, Linum & Cletū, & Clementē, quos consecrauit episcopos. Linus item crescente fideliū numero, bis in vrbe habitis sacris ordinibus, pręsbiteros decē & octo, & . xj. episcopos instituit, Clemens pręsbiteros decem, diaconos duos, & episcopos quidecim ordinauit. Anacletus præsbiteros quinq;, diaconos tres. Et episcopos sex cōstituit, Euaristus titulos id est ecclesias cum plębibus in vrbe Roma, pręsbyteris diuisit. Septēq; diaconos instituit, Qui Romanum pontificem prędicantem propter veritatis stilum custodirent, Dionysius quoq; papa pb̄ris ecclesias, & cimyteria i vrbe Roma. forisq; parrochias distribuit, vt suis quisq; finibus cōtentus esset. Nec alienū inuaderet, cuius vltimi meminit tex. i. ca. j. xiij. q. j. Quo ergo iure illi priores pontifices quosdā coadiutores assumpserūt, quos tūc vel ep̄os, vel pręsbiteros, aut diaconos nominabāt, ita credendum est posteriores illos Pontianum, vel Marcellum fecisse, Qui aucto maiorem in modum Christianorum numero, titulos quosdam erexerunt, in quibus præfecti. baptismo eorum qui ad Christianismū conuertebant̃, & eorundē sepulturis prospicerēt. Sunt qui Cardinaliū potestatē & auctoritatē q̄ hodie tāta est admirētur, Quia vt ipsi cēsent primaria eorū istitutio fuerit ad sacramēta ministrāda &

Cardinaliū electio de papa an sit de iure diuino.

ſepulturas mortuorũ.Sed hij profecto inuenient Iſliricum regnum ex paſtoribus breui tẽpore ad ſupremã regalis poteſtatis gloriam excreuiſſe.Aut dicemus nõ eſſe infimã eorũ poteſtatẽ qui prius ſacramenta eccleſię q̃ ſunt fidei noſtrę pręcipua diſpenſabãt,vel certe affirmabimus inſtitutos Cardinales non ſolũ ad diſpenſanda ſacrameta eccleſię,Sed ad ardua queq; eccleſię vniuerſę exercenda. Credẽdum eſt enim ꝙ eccleſia caput extollente,ac ſenſim eius auctoritate,ac dignitate creſcente Cardiales quoq; velut primarij,ac epiſcopis officio ſupiores,pariter cum eccleſia ad hanc quam intuemur ſplendidiſſimi honoris amplitudinẽ peruenerit, Cardinalium enim ampliſſima poteſtas dinoſcit̃ ex ea epiſtola, quam Cyprian⁹ vir eloquentiſſimus ad ſanctæ Romanę eccleſię pb̃ros & diaconos ſcripſit.Qua eũ de rebus arduis,& q̃ proximę fidẽ reſpiciunt conſuluit,extat quoque eiuſdem Cypriani epiſtola,qua eorum ſtandũ eſſe ſententiæ profitetur.Ego autem exiſtimo illos ſanctæ Romanę pręſbiteros & diaconos,quos nunc cardinales dicimus,non ſolũ ad diſpenſenda eccleſię ſacramẽta aſſumptos fuiſſe,ſed ad ardua quæcunq; negocia aſſumi ſolere vtpote Qui legatione tunc fungebant̃ ad pacificandos hoſtes, ac qui vicæ pontificis huiuſmodi concilijs vniuerſalibus pręeſſent.Hic leo primus cum adhuc Ro.eccleſię diaconus eſſet.Ad flagellum dei Attilam qui ad Romanã eccleſiã vaſtandam properabat tranſmiſſus eſt,ac ille tandem impetrauit, vt Attila in Pãnoniam rediret.Sic idem leo cũ eſſet pontifex.Ad ſecũdã Epheſinã Sinodum fr̃es ſuos deſtinauit, videlicet Iulianũ ep̃m renatũ pbr̃m,tituli ſancti Clemẽt.Hylariũ quoq; diaconẽ cõtra Eutichetis Cõſtantinopolitani Archimendrite errorẽ,vt ex ipſius leonis epiſtolis ad Flauianũ patriarchã Conſtãtinopolitanũ.Et ad ipſam Sinodũ atq; ad Theodoſium Auguſtum datis apparet.

Leo pri⁹ adhuc cardinal' ad Attilã miſſus.

LEGITVR QVoq; in octaua Sinodo,& regiſtratur.lxiij.Adrianus.li.j.donatũ Hoſtiẽ.& Stephanũ Nepeſinũ ep̃os, Et Marinum ſanctę Romanę eccl'ię diaconẽ, Ab adriano ſc̃do põtifice Romano ad Baſiliũ imperatorẽ Cõſtantinopolitanũ miſſos,ac illic exortum fuiſſe ſciſma de Ignatij,& Photij ordinatiõe.Gregorius itẽ primus adhuc apoſtolicę ſedis diaconus Cõſtãtinopolim ad placãdum imperatorẽ a Pelagio Romano põtifice deſtinatus rẽ ipſam ex ſententia & opiniõe põtificis confecit,vbi moraliũ libros in Iob dicit̃ compoſuiſſe.Et Eutichiũ quendã Cõſtantinopolitanę vrbis epiſcopum ita pręſente Auguſto ſuperauit diſputatiõib⁹, vt oĩa q̃ in li.dereſur. conſcripſerat retractare coact⁹ ſit.Ex geſtis quoq; ſinodi Rõę habi

tę ab eodē Gregorio, Apparet Laurentiū tituli sancti silvestri, Ioannem tituli scti Vitalij, speciosum tituli scti Clementis, cęterosq; p̄sbyteros & diaconos sctē Ro. ecclīæ vnacū ep̄is, decretis illius interfuisse, ac subscripsisse. Scripsit Ioānes ruffatus sermonem elegantē de origine, ac dignitate cardinaliū. Is in. ix. ac. x. collum. refert Petrum Damianū ep̄m Hosti. virū & doctrina, & sanctitate cōspicuū solitum dicere, negocia q̄ hodie in cōsistorijs discutiunt̄ olim in Sinodis vniuersalibus tractari solere. Ad quas ep̄i vnacū pb̄ris & diaconibus sctē Ro. ecclesię cōcurrebāt per vices in sacro sancto altari Lateraneñ. celebraturi. At multiplicatis ecclīę negocijs op⁹ fuit, vt crebriores conuentus apud summū pontificē fierent, ac in vrbe cardinales ipsi residerent, vt reipublicæ vniuersæ Christianæ salubri⁹ consuleretur. Ex his apparet Cardinaliū potestatem & dignitatē prodijsse a iure diuino. Ac similiter eorundē potestatem extēdi ad q̄cunq; ecclīæ orthodoxę negocia. Huic conclusioni videntur fortiter obstare tria. Primo q̄ cōmuniter dici solet, Cardinalatus est solum officiū. Tu dic verū est diuinū, vt patet in. d. §. rō. Scd̄o q̄ Cardinales nō sunt de Hierarchia ecclesiastica, dicit hoc eē falsum, vt ïfra latius dicētur. Qd̄ si dicat̄ eos esse episcopis inferiores, tu dic nō verū esse quantū ad officiū seu administrationē, sed quantū ad ordinē fatendum est cardinales esse inferiores episcopis, sic tradit glo. j. in c. q̄q̄. ij. q. vij. Se itaq; habēt cardinales, & ep̄i, vt excedentia, & excessa, sic se habent Archidiaconi, & Archipb̄ri. Nā Archipb̄ri, ordine sunt superiores Archidiaconis. Et cōtra offi. & admi. sunt inferiores. Et iuxta ea q̄ habentur in ca. cū apl̄s de cēsi, Appet qa archidiaconis pro visitatiōe conceduntur quinq; equi, cū archipb̄ris solū duo dant̄. Et eodē loco qd̄ stringit ad p̄dicta, Cardinalibus solū cōceduntur. xxv. equi, vbi ep̄is. xxx. p̄mittunt̄. Et p prædicta intelligitur, & declarat̄ glo. d. c. quāq̄. dū vult q̄ quilibet ep̄s maior est pb̄ro cardinali. Et q̄ ibi tex. vult q̄ Augusti⁹ est minor Hieronymo, intellige q̄ ille tex. est Hieronymi. Qui ex humilitate loquitur. Nā idem Augustin⁹ ad Hieronymū scribēs epl̄am q̄ est in ordīe xxxiij. p̄te. ij. se minorē profitet̄ dū in calce eplę scribit. Vale mi Augustine ætate fili dignitate parēs, ï qua epl̄a affirmat Hieronim⁹ se veteranū & effeto corpore, nolle cū Augustino adhuc iuuene ï certamē descēdere hortat̄q; vt desinat prouocare senē, aut si pergit Augustino obijciet Qd̄ Annibalē iuueniliter exultantē Quint⁹ maximus patientia sua fregit. Et si Hieronymus fuerit Cardinalis nō pono ꝑ cōstanti. glo. tn̄ ï. d. c. quāq̄, Affirmat eū fuisse Cardinalē, & glo. idē tenet ï c. No-

De eqtaturis archidiaco. & archipb̄rorū t̄pe visita.

narū.xvj.q.j.& Io an.i ca.vnico de reliq.& vene.sanctorum in.vj. refert se legisse in quadā legenda Hieronymū fuisse Cardinalē tituli sanctę Anastasię, Sed his obstat tex.ille dū post relatos Augustinū & Ambrosiū dicit Hieronymū sacerdotij titulo solū insignitum, nisi siquis dicat voluisse papā Augustinum & Ambrosium epos praeferre Hieronymo, q solum pbr̄ Cardinalis esset in qua re ego relinquo cogitandum. Tertio pręmissæ conclusioni obstat ab eo iure aliquid dicitur esse a quo fuit inuentum, sic literarum obligatio, contractus emphiteoticus, stipulatio sponsalitia largitas sunt de iure ciuili, a quo primū ꝓdierunt. patet in iuri.allegatis p glo.fi.in.l.ex hoc iure de iusti.& iure.ff. Sic actiōes sūt de iure ciuili, a quo sunt iuentę Tenet glo.pe.i.d.l.ex hoc iure, Sic testamētum est de iure gentiū, a quo inuentū Bar.i.l.interdum de cōdi.Indeb.ff. Eo em̄ ipso ꝙ gentes esse cęperūt de bonis suis disponebāt, vt illi ātiqui patriarchę, ex istis videt̄, ꝙ cū nō appeat in veteri aut nouo testamēto tex.expsse loquens de cardinalib⁹, ꝙ nō sunt censendi de iure diuino. Sed magis de iure positiuo, quod de ipsis expresse meminit. vt in dicto.§. Rationibus. Tu dic ꝙ licet nullus canon apte dicat esse de iure diuino, tamen tacite & implicite hoc probat tex. in dicto.§. Rationibus coniuncto.§. Decet.in ca. Fundamenta allegatis. neqꝫ obstat dictum Arch.in dicto capi. vbi periculum, ꝙ dic.vt supra, vel melius. & illic Arch. loquitur implicatiue cum dictione etiam quę implicat, vt etiam de iure diuino.

QVARTA CONCLVSIO.



CARDINALATVS QVO AD NOMen & quo ad quid & per accidēs est de iure positiuo. Probat̄ per ea quę supra dicta sūt. qa nō sunt tex. veteris aut noui testamenti, qui de cardinalib⁹ meminerunt expresse, ergo fatendum est esse de iure positiuo, q̄uis ius canonicū large possit dici ius diuinū ca.pri. de iura cal. vbi Panor. Nec huic conclusiōi obstat quod etiam pro pręcedēte cōclusiōe facit. ꝙ si cardinalatus nomē assumpsit, & p̄eminētias a iure positio Ergo debet dici a iure positiuo, quia qualitas adueniens enti, reponit illud in diuersa specie. vt in.l. Ius ciuile de iusti.& iure.ff. vbi ius positiuum addēs iuri naturali, facit desinere illd̄ esse naturale. Inde

cum mutata forma sit mutata substātia rei, cū forma sit q̄ dat eē rei vt i.l.tertia.§.inl'.ad exhib.ff.Ideo quib⁹ dieb⁹ licet comedere oua, nō licet comedere carnē, licet oua semētinā originē trahant a carne & oua nō sint nisi sanguis mutato colore.glo.xxxiii.q.ii.i ca.admonere i.ver.carnē. Tu rn̄de dupl'r.prio id veꝛ eē de q̄litate q̄ faceret ip̄m ens trāsire i sp̄em oīno diuersā,sed hęc adiectio nois cardinala t⁹ nihil mutat de priori sp̄e aut ptāte cardinaliū.Nā vt oli erāt sacerdotes leuitici coadiutores officij pōtifical',ita hodie Cardiales.Prǣterea adiectio nois nihil ē,cum noia sint iuēta ad designādos & exprimēdos hoīes.l.ad recognoscēdos de inge.ma.C.Vel scđo dic q̄ argumētū pcederet i odiosis,quib⁹ q̄litas adiecta attenditur.vt si parrochialis eccl'ia sit collegiata.vt i ca.sup eo de elec.i.vj.Aut si parrochial' annectit̄ p̄bēdæ vel dignitati iuxta notata i.§.qui vero,de prębē.Punct⁹ ē hoc loco videre quo tp̄e cęperit cardinalis appellatio. Sunt q dicāt sub Pōtiano & Marcello pōtificib⁹ primū cępisse cardinalē appellationē. Notat Archi.i ca.vbi periculū allegato.Sed hęc opinio mihi non placet,quia stare pōt illos cardinales introduxisse & assumpsisse coadiutores quos voluerunt,vel ep̄os vel pb̄ros vl' diaconos esse,sed nō liq̄do apparet nomē cardinalat⁹ ab eis fuisse inuētum.Sunt & scđo q dicāt quo tp̄e Cōstātin⁹ fecit donationē Siluestro(si facta sit)nō fuisse cardiales,qa tex.donatiōis illius registratæ xcvj.di.Constātin⁹.q tn̄ tex.est palea,nō meminit ipsoꝛ Cardialiū At referūt ip̄i paulopost sub eodē Siluestro cardiales fuisse istitutos dicūt isti hoc cōstare i ca.p̄sul.ij.q.iiij.(quo dispōit̄ & pbat̄ cardialis nō nisi adhibitis.lxiiij.testib⁹,ep̄s.lxx.diacon⁹ xxvij.deponāt̄,quē tex.affirmāt eē Siluestri.& q̄uis Oldra.cōci.lxiij.& Barb.i.j.q.Basi. tn̄ pace eoꝛ puto cōtrariū. fatēdū ē eīnq; quo tp̄e Cōstātin⁹ donationem fecit iperij(fatēdo eum canonistis factam esse)tunc erāt cardiales nō sub noīe illo,sed qui dicebātur Seruiētes,aut clerici eccl'iæ Romanæ.& hoc expresse vult tex.in dicto ca.Cōstātin⁹.Plus ego putarē cadinalat⁹ nomen nō inueniri sub Siluestro primo,& tex.in ca.p̄sul allegat⁹.nec est Siluestri primi neq; secundi,qui qa fuit pōtifex paucorum dierum,nō ē credibile eum cōgregasse synodum vniuersam,de qua ibi,sed fuit dictus canō p̄sul,aut Siluestri tertij, aut cuiusuis alterius. Mihi autem non occurrit cardinalis cuiuspiam nominatio vsq; ad Leonem quartum, qui i synodo quadam Anastasium tituli S. Marcelli pręsbyterū cardinalē eius exposcentibus meritis destituit Ita primū ex eo loco sāctæ Romanæ eccl'iæ p̄sbyteros & diaconos cardiales appellatos iuenio.Nā adhuc ep̄i q h̄nt cardi-

nalatus dignitatẽ ex Prisco ap̃licę cãcelarię ritu suarũ dũtaxat sediũ titulo in põtificijs literis sunt cõtenti. Sunt quidã(vt Barba.e.q.col. viij.)qui estimãt ante institutionẽ nominis cardinalatus appellatos fuisse cõciliarios. argumentũ sumũt ex illo tex. N. tertij i.c.funda.§. decet alleg. adducũt Præterea tex.i.c.eccle.xij.q.ij.in.versi.qa igiẽ vbi Gregorius nominat Theodorũ virũ eloquẽtissimũ cõciliariũ, ad idẽ tex.i.c.parrochia.in verbo cõciliarij nr̃i.xvj.q.j.vbi Pelagi⁹ eiusdẽ Gregorij antecessor scribẽs, bono ep̃o Sauinati virũ magnificum Theodorũ cõciliarium suũ nominat. Ad idẽ tex.i.c.cõuenientibus. j.q.vij.vbi Petrus bñdicti papę Apocriphari⁹ in.vij. Sinodo, apud Niceũ Bithiniæ cõgregata Bonifaciũ eiusdẽ bñdicti conciliariũ vocat, sed ꝑ ista opinioe(q̃ fuit Barb.)meo iudicio nihil faciũt illi tex. Nõ em̃ apiũt illi tex. an cõciliarij i illis iuri. cõmemorati eẽnt dignitates ecc̃licę an seculares & epithetõ magnifici, qđ in illis iurib⁹ ad tales cõciliarios attribuiẽ, etiã magistratibus secularibus conuenit, Pelagi⁹ siquidẽ papa Cetego Patricio scribẽs prætorẽ Syracusanum magnifici titulo decorauit, & Inno.iij.in.j.decre Venerabilẽ Carinthie ducẽ, cui scribit magnificũ vocat, & pro certo magnificentia est reꝝ magnarũ, vt Cic. vult & excelsarũ cũ quadã animi splẽdida propositiõe cogitatio, atq3 administratio. Cæterũ quis Barb. reuelauit Qđ conciliarij de quib⁹ in iuribus nuper cõmemoratis essent dignitates ecc̃lice cũ ex cõmuni vsu loquẽdi, q debet attẽd.in.l.li.§.ꝙ tñ Cassius de le.iij.l.labeo.de suppell.legat.ff.magistratus seculares solẽt dici cõciliari, Nã Gelasius papa scđs cũ in minoribus ageret, qa doctissimus & eloquentissimus, ac virtute & fide probatissimus esset. Ex Cassineñ. Cœnobio Romã accit⁹ a paschali. Primo i eius cõcilium coaptaẽ. Ac cui negociũ dedit ob elegãtiam compositionis, vt Romanę curię stillũ negligẽtia& ignorantia maioꝝ labefactatũ, vt in meliorẽ formam redigeret, & idem paschalis papa eundẽ cardinalem diaconum fecit.

CARDINALES VNDE DICTI SVNT. EGO lego varias opiniones. Sunt qui altius exordientes dicant. Quod cum multi præsbyteri & diaconi alienigne & peregrini ad vrbem confugerent Essentq3 in titulis & diaconijs plures pręsbiteri, ac diacones vt tituli seu diaconiæ cuiuslibet verus rector a reliquis pręsbiteris seu diaconibus distigueretur, præsbiter aut diaconus Cardinalis nũcuparẽ, quasi illius tituli seu diaconiæ proprius seu principalis pbr̃ seu diaconus ita cõmissam sibi ecclesiã primarię regeret sicut a Cardine regiẽ hostiũ. Et hanc opinionẽ secuti sunt Ioãnes & Bernardus

cõmentatores celeberrimi. Sunt & secundo qui dicant eos a cardi- ne quasi a regimine appellatos, quia sacer ille reuerendissimorum cardinalium senatus vna cum Romano pontifice Romanam regit ecclesiam, Et hanc opinionem secuti sunt Henricus Hostieñ. Lau- rentius & Ioannes Fauẽtius. Sunt & tertio qui dicãt ab ecclesia Ro mana dictos cardinales ꝙ ipsa ecclesia caput sit, & cardo aliarum ecclesiarum. Et in ea fuit sententia glosator pragmaticę, in titulo de numero cardinalium, in verbo, cardines. Alij postremo affirmãt ip sos cardinales dictos a quatuor virtutibus cardinalibus, iusticia, pru dentia, fortitudine, temperantia, & he virtutes cum inter se sint cõ- nexę earum potissima est prudentia, quæ vt (Augustino placet) est rerum bonarum & malarum, ac neutrarum scientia, sic illi sacerdo- tes Leuitici quorum loco sunt cardinales (vt illa latius dicẽtur) inter lepram, & lepram sanguinem, & sanguinem iudicabãt. Et he qua- tuor virtutes cardinales ad tres theologicas fidem, spem, & charita tem capescendas proficiunt. Ex his opinionibus quãquã non esset malum omnes in vnum colligere, prima tamẽ & secunda mihi vi- dentur esse pręstantiores, vt Cardinales dicuntur a cardine. Et car- do est cor ianuę quo illa mouetur, nam vt animantia motum a cor de suscipiunt, ita fores a cardine, & hoc etiam probatur apud Ver- gilium. Foribus cardo stridebat ahenis, hinc apud Romanos dea carna, quasi cardina fuerat, Cardines etiam dicũtur altissimę cęli partes quas gręci polos latini vertices vocant, ad similitudinem eo rum circa quos valuę voluuntur. Ponitur interdum cardo pro op- portunitate. Vergi. Haud tanto cessabit cardine rerum, inde Serui us tractum existimat quod est in prouerbio, res in cardine est, & cir ca id verti dicimus cardinalem, in quo summa rei est, sic cardinales cardines secundum tres præmissas significationes dici possunt, seu quia assistunt ecclesię Romanę quæ est caput & cardo aliarum seu potius assistunt ecclesię vniuersæ, quam regunt & dirigunt. Ad præ dicta faciunt duo tex. vnus est in ca. sacrosancta ad finem, in verbo tãq̃ cardo aliarum ecclesiarum, alius est i ca. huius. lxxvij. di. in ver bo dum per ipsius mundi cardines quasi per quatuor euangelia. Adde hijs quod post alberi. & Io. de lig. notat Barba. in secunda q̃- stiõe Basili. in quarta col. Quod sicut cardines cęli sunt polus Arcti- cus, & Antarcticus super quibus mouetur cęlum, & sicut virtutes illę cardinales sunt super quibus versatur tota hominis cõuersatio, sic ipsi cardinales inde nomen assumpserunt, ipsi enim sunt mundi cardines, super quibus tota mundi machina voluitur & reuoluitur.

Sacerdotes Leuitici.

Cardinales a cardine.

Et quemadmodum Athlas(vt fingũt poetę)& est apud August.li. xviij.de ciuitate dei.Cum magnus esset Astrologus fabulose humeris cælum sustinere dicitur Sic & ipsi Cardinales.Ad hos enim spectat sustinere,ac sufferre totum pondus gubernationis,& motum ipsius,ac vt duobus polis numero contenta est cęlestis natura,& sufficiunt,ac stabiles & immobiles firmant ordinem motus vniuersi, nec deuiant a loco fixionis,habet hoc pacto si quidē ecclesia ostiũ id est papam,& Cardines id est Cardinales,quibus regitur, ac sine quibus subsistere non posset.Perinde etiam ac vita hominis perfecti sine virtutibus cardinalibus stare non posset.

CONCLVSIO QVINTA.



RES SVNT CARDINAlium status.Primus episcorũ.Secundus pbrorum.Tertius diaconorũ,huic conditioni adde sex declaratiões.Prima id qđ scribit magister senten.in.iiij.di.xxij.Simile ꝙ in epis est quadripartitus ordo,patriarcharum,quales sunt Cõstãtinopolitanus, Alexãdrinus, Antiochenꝰ,Hierosolymitanus,primatum,quales sunt Cãtuarieñ. Aquileiensis,& q̃uis Burdegaleñ.de primatia contenderit cũ Bituriceñ.vt apparet expresse in.c.fi.de maio.& obed.in ca.fi.de dila.in ca fi.de dolo & cõtumacia,tamen vt audio de primaticia ipsa gaudet ipsę Bituriceñ.Sunt autem qui dicant Auaricum oppidum esse hodie Bituriceñ.ciuitatem.Quod Cæsar in.vj.de Bello gallico tradit esse oppidum munitissimum,& maximum in finibus Biturigũ Ac pulcherrimam dicit Cęsar esse totius Galliæ vrbem,ac loci natura defensioni facilem,vtpote quæ vnum & perangustum habet aditum flumine & palude circundatum/vtcunq; sit satis constat Bituriceñ.ciuitatem esse in possessione primatię,inde etiam glo.in ca. cleros. ad finē.xxj.di.propter tex.ibi.qui de primatibus meminit, inter primates reponit Bituricensem,ac pro eodem facit tex.in ca. conquestus.ix.q.iij.vbi archiepiscopus Narboneñ.ad Bituricēsem velut patriarcham recurrit.

Quadriptitꝰ epoꝝ status.

Cęsar de opido Auarico ĩ fi. Biturigũ

SECVNDA DECLAratio,ꝙ episcopi cardinales sũt sex,Host. Portueñ.Albaneñ.Prænestinus,Tusculanus,& Sabineñ.Et Cardinalis in cle.ne Roma.in versi.tantum de elec.refert,ꝙ episcopatui Portueñ.est vnitus titulus Sanctę ruffinę,& sub Clemēte quinto eo qui studium nostrum Aurelianeñ.in vniuersitatem erexit,destinatus est ille Prænestinus qui studiũ ipsum reformaret,& ipsius Car-

dinalis reformationem, q adhuc extat Prænestinam dicimus. Presbiteri vero cardinales qui sunt inter certos titulos quibus habent iurisditionem episcopalem annexam, in certis ecclesijs in diuersis regionibus vrbis sitis, diaconi autem cardinales sunt, qui septem illis diaconibus, de quibus fit mentio i acti. apo, succedētes. Diaconiarū, id est hospitaliū in diuersis regionibus vrbis constitutarū curam gerebant, quorū præcipuū erat officiū alimenta viduis pauperib⁹ ac peregrinis subministrare, ista patet ex not. p Host. in. c. ij. de offi. archipbri. p eundē in sum. e. ti. §. ij. circa principiū per spe. in ti. de lega. §. nūc videndum. versi. porro. & seq. Huic declaratiōi adde ꝙ idē Ho. no. in dic. c. ij. ꝙ sicut inter cardinales nullus est quin saltem sit diaconus, ita nullus esse deberet canonicus quin saltē sit subdiaconus, ac idē not. ipse Hostieñ. in ca. extirpandę. in. §. qui vero de preben. ex. Qđ sicut minor subdiacono non eligitur in episcopum, ita nec eligat, vt bene conueniāt electus & eligentes. Et propter præmissas opiniones hostieñ. hodie est decisum in cle. vt hi qui de ętate & quali. in cle. Quod canonici non habeant vocem in ca. nisi in subdiaconat⁹ ordine sint constituti, dicebat autem idem Ho. in. d. ca. ij. Quod canonici in humilibus etiam ecclesijs, more simię, in potestate honore & dominio conātur imitari summos cardinales, sed in susceptione ordinum, ministerio ecclesię, & labore consistorij se faciunt testudines vel cancros.

Cardiales pbri habēt i tit. suis iurisdi. epalem.

TERTIA DECLARATIO, Quāuis cardinales episcopi nō possint esse sine titulo, quia ad titulū episcopalē ordinantur non tamē nominātur ex titulo, nō enim dicit a tituli Portueñ. vel. B. tituli Sabineñ. & sic de reliquis, pbri vero cardinales nominātur ex titulo vt patet de elec. ex. in ca. corā dilecto filio tituli sanctæ prudentianæ pbro cardinali, patet etiā de supple. negli. prelato. in ca. dilecto filio tituli sancti Marcelli pbro cardinali. Item patet in ti. de testi. in ca. licet dilectus filius. N. tituli sanctæ crucis presbiter cardinalis, & patet etiam de cle. non resid. in ca. ij. ibi Anastasius presbiter Cardinalis tituli sancti Marcelli, & pondera decretales allegatas, qa in illis omnibus cardinales appellantur filij, ꝙ si in quibusdam decretalibus omittatur hæc dictio tituli, vt patet in ca. dilecto de præben. ex. & in ca. cōstitutus de appel. ex. hęc omissio est supplenda, quod si in rescriptis ad presbiteros cardinales directis omitteret illa dictio tituli, essent illa rescripta falsa vtpote q̄ deuiarēta cōmuni stillo art. ca. q̄ graui de crimie falsi. ex. sic Ho. in dicto ca. coram idem in summa proxime per eū allegata, sic Io. an. i spe loco pxime allega.

Cardiales epi nominātur sine titulo.

Car .diaconi nominātur ſine titulo.

QVARTA DECLARATIO, diaconi cardinales non nominantur per dictionem tituli vt patet in ca.penul.ibi tādem in ru.diaconum cardinalem de arbi.ex,in ca.ad audientiam,ibi. Sed in cardinalis diaconi ſancti Adriani de preſcrip.in ca.cum ex literis in verbo ſancti angeli diaconus cardinalis, de inte.reſti.i ca.rainaldus.in verbo dilectus fili⁹ noſter ſancti Nicolai in carcere Tuliano diaconus cardialis,de teſta.ex.Hijs adde tria,primo ꝙ ſpeciale eſt i preſbytero Cardinali baſilicę.xij.apoſtolorum ꝙ non nominatur per titulum ſed baſilicam,patet i ca.cum olim.L.j.de priuileg.extra i ca. ad apoſtolicę de re.iudi.in.vj.Secundo adde ꝙ ſcribit idem Io.an. in pręmiſſa additione ad ſpe ꝙ tēporibus ſuis Petrus de columna. is qui a Bonifacio octauo priuatus eſt,vt patet de ſciſmaticis in.ca. vnico in.vj.ſine titulo ſe nominauit ſimpliciter ſanctæ.Romanę eccleſiæ cardinalē,donec recuperauit titulum ſancti angeli per illius qui obtinebat eum,vacationē quem videlicet prius habuerat.Tertio addeꝙ no.Io.an.in ca,cū in aliquibus de reſcrip.in.vj.videlicet ꝙ vſqꝫ ad tempus Clementis quinti non fiebat de epiſcopo cardinalis pſbiter,vel diaco.& ꝙ tpe Bonifacij octaui multi ꝑtermiſerūt cardinalari qui epiſcopi erant,quod in ſtatu cardinalium deerant tituli epiſcopatuum,de quibus tamē bene prouiſum fuiſſet eccleſię, vnde ipſe Io.an.ſubijcit commendandam eſſe conſuetudinem quę nunc eſt.Qua de epiſcopis fiunt cardinales non epiſcopi,ſed pręſbiteri aut diaconi.Neqꝫ ſecundum eum vacabunt propterea tituli epiſcopatuum.Hijs etiā adde ꝙ licet epiſcopatus & cardinalatus ſint incompaſſibiles,quia vtrumqꝫ debet reſidentiam.Tamen refert Panor.in ca.bone li.j.de poſtula.pręlatorum extra ſuis tēporibus fuiſſe obſeruatum.Quod epiſcopus promotus ad cardinalatum nō perderet epiſcopatum,ſed retineret illum vt prius referens,ita in contingentia facti fuiſſe practicatum i Cardi.ſanctę Crucis quo ad epiſcopatum Bononieñ. & in cardinali ſancti Marcelli quo ad epiſcopatum ſeneñ.Refert quoqꝫ idem Panor.Quod plures ita conſuluerunt,quodqꝫ capitulum de multa non habet locum in epiſcopatibus & cardinalatu in effectu.Sed quo ad mentem putat Panor.contrarium,& ego idem ſentio pro quo facit tex.in dicto ca. bone vbi poſtulatio facta de cardinali ſanctæ Praxedis ad epiſcopatum Rauēnateñ.caſſata fuit,qa ꝓſentia ei⁹ erat magis vtilis eccłię Romāę vniuerſęq̄ Rauennateñ.Pręterea ſi ꝑ adeptionē pacificā ſecūdi Archidiaconatus vacat prim⁹,vt in di.ca.de multa ad fi.& latius in extrauagā.execrabilis in.§.qa vero,idem & fortius per aſſecutionē ſe

Petrus colūnacardinalatu a Bonifacio priuatus.

Capl'm de multa ſi habeat locū in cardinalibus

cundę vel tertię dignitatis & sic deinceps vt in cle.si plures de præ=ben.Cur non per assecutionem cardinalatus/qui censetur dignitas, ac debet residentiam in curia idētidem vacabunt priora,sed primū communiter tenetur.His adde ꝙ post consecrationem ad dignita=tem episcopalem,aut lapsum tēpus de consecrandis inducit vacatio priorum bñficiorum,de quo habetur in ca.Cum i cunctis in primo de elec.notāt scribētes i ca.Meminimꝰ de accusa.& quid de cōsecra to,in curia qui nōdum adeptus est possessionem/an non expectata possessione inducatur vacatio.vide glo.in Cle.prima in verbo colla to.vt lite pendente in Cle.

QVINTA DECLARATIO,ꝙ Cardinales dicuntur sanctæ Ro=manæ ecclesiæ ad differentiam aliarum ecclesiarum/quæ habēt di=gnitates illas ex priuilegio.vt ē Rauēnateñ/& Cōpostellana Et simplex appellatio cardinalis verificatur i Cardinali sanctæ Romanæ ecclesiæ.vt non venit cardinalis Rauēnateñ, sicut commemoratio regis simpliciter non intelligitur de rege scacorum.glo.est in ca.pu dor.xxxii.q.ii. Inde sunt aliqua iura/quę cum de cardinalibus Ro=manis intelligant,solum loquūtur sub expressione huius nois Car=dinalis absq; alia adiectione in ca.si quis pecunia in verbo cardina=lium.& in ca.Nullus in verbo presbyter factus cardinalis.lxxix.di. in ca.Vbi periculū i pricipio i verbo Cardinales.de elec.i.vj.in Cle. Ne romani.in.§.Porro.eo.ti.At contra sunt aliqua iura(si quis bene inspiciat)que exprimūt cardinales sanctæ Romanæ ecclesiæ,vl' vr=bis Romæ in dicta cle.Ne romani in principio,in ca.Fundamenta .§.decet de elec.in.vj.ca.si quis ex epis.lxxix.di. Adde etiam ꝙ lar ge dicuntur cardiales clerici seruientes pricipales ecclesijs ciuitatis vel diocesis/vel diuinis officijs ministrantes. & de illis prouidēt Ar chipresbyteri,quis/& i qua ebdomada seruire teneantur.Ita Hosti. in titu.de officio archipresbyteri.§.quę pertinent.

Cardinales cur sāctæ ro=manæ ecclię dicantur.

SEXTA DECLARATIO ꝙ Cardinales extra ciuitatem Roma nam creati/dicuntur sanctæ romanæ ecclesiæ.&vbi est papa,ibi est Roma,notāt scribentes in ca.pręsenti de pręben.in.vj.Inde iure po stremo electio papæ est fienda vbi moritur,vel saltē in ciuitate pro=xima in dicto.§.Porro,& in dicta cle.Ne romani. nec ob hoc ꝙ do=minus deꝰ i vrbe Romana elegerit sedis apostolicæ locum i ca. Per venerabilem in.§.Rationibus/qui filij sunt.leg.extra. Et eā vrbem Petrus/& Paulus martyrio simul consecrarunt in sanguine suo vno die,vt ad Christum pariter peruenirēt,eodem loco ne alteri Roma deesset,sub eodem persecutore Nerone/ vt ęqualis crudelitas/licet

Cardinales dicuntur vbi cūq; a papa creati.

dispar martyriũ vtrũq; cõstringeret, dies pro merito, loc⁹ pro gloria, persecutor pro virtute, Neronẽ tamẽ caue, Suetonius laudat q̄ de Christianis superstitioso (vt ipse affirmat) hominũ genere supplicium sumeret. Quia in his obiectis dic, q̄ vrbs Roma q̄ sit sanguine apostolorum consecrata hoc contigit, vt in ea vrbe, quę fuerat caput superstitionis, caput quiesceret sanctitatis. Et vbi gentiliũ principes habitabant, illic ecclesiæ principes morarentur, in ca. beati. ij. q. vij. vbi est pulcher & elegans textus, inde Petrus legitur alias sedes habuisse. Fuit enim sedes Petri apud Alexandriam a Marco eius discipulo & euangelista eius nomine consecratam habuit, & sedem apud Antiochiam & Ignacium episcopum illic cõstituit, vbi Christianorum nomen primum exortum est, pulcher tex. in ca. sancta Romana ecclesia. xxij, di. & in ca. cum beatissimus. xxiiij. q. j. Christus dum claues ecclesiæ contulit, personę Petri dedit prę omnibus, & pro omnibus, non loco in. §. j. xxj. di. Præterea vt ecclesia triumphans est v[illegible]ica, sic militans, quæ est vniuersa & in multa mẽbra particularia diuisa, vnde vbicunq; est papa qui est caput ecclesiæ vniuersę, ibi est Roma, & in proposito nostro Cardiales quocũq; loco ab eodem papa creati dicuntur Cardinales sanctæ Romanæ ecclesię. Ex præmissa itaq; conclusione apparet Cardinalatum ad ecclesiasticam hierarchiam pertinere. Cũ hij tres ordines episcopalis præsbiteralis & diaconalis, ad quos assumuntur Cardinales, sint de hierarchia ecclesiastica. Et diaconalis qui inter sacros ordines, secundum obtinet locum, a tribu leui nomen accepit, præcepit enim dominus Moysi, vt post ordinationem Aarõ & filiorum eius, prorsus tribus leui ad diuini cultus ministeria ordinarentur & consecrarentur domino, & seruiretur pro israel coram Aaron & filijs eius in tabernaculo, ipsiq; gestarẽt arcam & tabernaculum, & omnia vasa eius, & in circuitu tabernaculi excubarent, & in trãsportando tabernaculo ipsi deponerent, rursumq; componerẽt de quo & prębiterali officio notat magister sententiarum in. iiij. di. xxiiij. Et eodem loco tractat de episcopali quem non ponit inter ordines sed dignitates seu officia, licet canonistę nostri & episcopatũ & psalmistatum ponant inter ordines, vt notat glo. in procemio libri. vj. Ex duabus etiam proximis conclusionibus apparet Cardinalatum esse de ecclesiastica hierarchia, inquantum a iure diuino originem sumit, saltem figuratiue. Et q̄ Cardinales assumuntur a papa, vt coadiutores, eant ergo & obmutescant detractores cũ intelligant amplissimum reuerendissimorum Cardinalium cetum, & in veteri te

Petr⁹ quot sedes habuerit

In veteri testamẽto officiũ diaconi.

ſtamento præfiguratum,& nouo.Et apoſtolorũ ſucceſſione ita ec= cleſiaſticę hierarchię coaptatũ,vt vix eo ſublato ſubſiſtere queat. Solent nihilominus nonnulli cum ſe in anguſtiam coniectos ſenſe runt affirmare Cardinales inuentos ad ſacramenta viuẽtibus mi= niſtranda,& vita functis ſepeliendos,non ad ardua, quę nunc tra= ctant negocia fuiſſe inſtitutos,de quo tu dic vt ſupra cõcluſione ter tia verſi.ſunt quidam.

SEXTA CONCLVSIO.



ARDINALES QVI ASSISTVNT papę habẽtur pro reſidẽtibus in ſuis bene= ficijs, ſic tenet Ho.in ca.antiqua.de priui leg.ſic Io.an.in ſpe.in titu.de cleri, non re ſid.ſic glo.prag.in titu de numero Cardi= na.in verbo dirigenda.Facit ſecundũ eos quia aſſiſtunt papę qui omniũ curarũ gerit ſollicitudinem,vt habetur i proœmio.vj. Et eccleſię vniuerſę inſeruiendo ſingula= rũ eccleſiarũ commoditatibus dicunt̃ ſeruire in ca.bonę.l.j.de po= ſtu.p̃la.ex.Et hij qui Romę philoſophant̃ gaudẽt priuilegijs,ac ſi in propria patria reſiderent.l.ſed & reprobari.§.Itẽ Romę de excu. tu.ff.l.eos de vaca.munerũ.ff.Facit qđ dicit̃ de familiaribus ep̃i vel papę qui percipiũt fructus bñficiorꝫ in abſentia in ca.cũ dilectus.& ca.ſeq.de cle.nõ reſid.Iſtis adde qđ habet̃ i.l.iuriſperitos de excu. tuto.ff.Nec ob decre.ſcđa de cleri.nõ reſid.quia ille Cardinalis de quo loquitur ibi tex.nec in curia reſidebat,nec in titulo Cardinala tus.Et quomõ defendi poſſit conſuetudo ſcđm quẽ retinetur plu= ralitas beneficiorum ſimplicium, Attento ꝙ quodlibet beneficiũ etiam ſimplex inſtituitur propter officium,& debet reſidẽtiam de iure,vide ꝙ poſt Inno.notat glo.in ca.gratia.de reſcrip. in.vj. No= tat ſimiliter Card.i cle.gratiæ e.titu.Et notat Panor. i repetitiõe.§. qui vero in.xv.col.de p̃bẽ.ex.copioſe glo.prag.in titu. de col.in.§. j.in glo.incipiente pluralitatis.Et quia de vno priuilegio Cardina= libus conceſſo dictum eſt, vide de alijs priuilegijs quod notat Io. in ſpe.in titulo de lega.§.ſequitur,in fi.quod notat Gencelius.in ex trauagan.execrabilis.in.§.nos.itaqꝫ in glo. incipiente ſublimitatis.

Inter cętera adde duo, primo ꝙ cardinalis si occurrat ei qui ad mortem ducitur, potest eum liberare. quod priuilegium/q̄uis non legū corpore iuris clausum/tñ de eo notāt Bal. & Paulus i, le. addictos, de epā. aud. C. Et profecto hoc priuilegium videtur mihi multum dubitabile. nam quidam ex canonistarum scola constanter affirmant (vt Vincentius/ & Goffridus in ca. Sane de cele. missarum extra) ꝙ criminosus/qui ad mortem ducitur occurrēs sacerdoti p̄ciosum corpus christi per viam ad infirmum deferenti/non gaudeat immunitate. Tum ꝙ hoc nō est iure expressum. Porro ex illa occursione criminosi occurrētis sacerdoti/accidere posset ꝙ p̄ciosa eucharistia ex manibus sacerdotis decideret, & dignissimus ille cibus/ & p̄ciosissimus/in lutum vilissimum prouolueretur, sed tu caue ꝙ in hoc vltimo contrarium firmant Ho. Io. an. & Panor. in dicto ca. Sane, quod mihi videtur verius per rationes/ de quibus per dictos doctores in locis allegatis, potissimū vero ꝙ mulier/q̄ i euāgelio patiebatur fluxum sanguinis, cūprimum tetigit fimbriam vestimenti Christi salua facta est, de quo in ca. Ad eius vero. v. di. Item qui ad statuā principis accedebant, conseq̄bantur immunitatem in. §. fi. de his qui sūt sui/vel alij insti. i. le. pria eo. titu. ff. Et si ecclesia (p̄ter corpus Christi quod illic quiescit) præstat asyllum/ & liberationē, multo magis corpus ipsum, Ar. autem multomagis de sacrosanctis. C.

Cardinalis si ex priuilegio ductum ad mortem liberet

Sacerdos in via cū eucharistia an prestet immunitatem

SECVNDVM Priuilegium cardinalium, ꝙ Cardinalis nō possit deponi sine consilio aliorum cardinalium. Quod plus est Ho. in ca. scđo de cleri. nō resid. salua plenitudine ptātis papalis audet dicere ꝙ sit synodus vniuersa congreganda, vt fuit de facto in contingētia facti in dicto cap. scđo motus cum sint pars corporis papæ, qui iudicatur a solo consilio ca. aliorum. ix. q. iij. Et cum papa cardinales iudicant orbem. Decet ergo eos esse participes priuilegij singularis. Sic eps̄ excessus clericorum de iure non corrigit sine consilio capituli ca. irrefragabili. §. Excessus. de offi. ordi. extra. Ego autem existimarem ad depositionem cardinalis requiri consilium aliorum cardinalium. Nam ardua non explicat papa (vt infra diceť) sine consilio cardinalium, ita fuit de facto in ca. primo de scisma. in vj. tum' ꝙ hoc est de arduis, tum ꝙ ad depositionem cardinalis nō est leuiter procedendum. Ar. tex. i ca. Pręsul. ij. q. iiij. Nec est meo iudicio i cardinalis depositiōe necessaria præsentia cōsilij propter difficultatem conuocationis. Nec ob. decre. ij. allegata vbi fuit cardinalis depositus ab omnibus, quia ponit ibi contingentiam facti/ & non iuris ministerium. vel dic post glossam ibi ꝙ cardinalis fuit depositus ab oi-

Cardinalis qualiter deponatur.

busapprobãtib⁹suã depositionẽ,solus eñ papa fuit iudex & auctor exauctorationis seu depositiõis, Vrbanus sextus is post cui⁹electio nẽ cœpit inueteratũ scisma.Cardinales quoq; nõ solũ deposuit, sed eos etiã saccis inuolutos in mare iussit demergi, His adde qp notat Host.in dic.ca.ij.inualuisse cõsuetudinem.vt nõ possit papa aliquẽ de Cardinalib⁹ excõicare vel aliqđ ei pceptum facere sine cõcilio fratrũ,de quo vltio Io.mo.notat in ca.sup eo de elec.in.vj.copio se notat Barb.in.ij.q.Basilica.Et si teneat oppositio illa q̃ est cõis valere consuetudinẽ,nõ obstat si dicat nõ valere pscriptionẽ contra supremã potestatẽ in.l.vulgata cõperit de pscrip.xxx.annoꝝ C.i.c. cũ nõ liceat.e.titu.Qđ fuit fundamentũ Panor.in.dic.ca.ij. quia tu prȩter eũ,& alios respõde tripliciter.Primo cũ Cardinales sint pars corpis papȩ,qđ ipsi faciũt,hoc videt papa fecisse.Scđo qꝫ Cardinales tunc assistũt papȩ nõ tanq̃ iudices,sed pro cõcilio,& q habet requirere cõciliũ nõ tenet sequi notat in ca.cũ i veteri de elec, extra. Tertio & melius qꝫ hoc cõpetit Cardinalib⁹nõ ex ordinatiõe iuris positiui,sed diuini,vt patet in illa auctoritate q̃ ex Deuteronomio sumit,& registrat in ca.per venerabilẽ.§.rationibus.q filij sunt legi. Itẽ supposito qꝫ hæc potestas cõpetens Cardinalib⁹ pueniſſet a iure positiuo,potuit hȩc cõsuetudo originata fuisse,& introductaex vnico actu.Nã possessio iuris interessendi in electione vel vocẽ dandi acquirit ex vnica interessentia,cũ actus tales sint qui non solent de facili cõcedi ex gratia aut humanitate,est vulgata Theorica Inno. i ca.cũ eccl'ia.de cã possessiõis quã oẽs posteriores sequuntur ibi,& Bar.sequit in.l.j.§.hoc interdictũ.de iti.actuq; priua.ff.contra eos q existimant Cardinales nõ habere ius collegij vel capli, sed potius iure singuloꝝ cẽseri,perinde ac homines a diuersis ptibus mũdi singulariter vocati,& in singulis sibi cõmissis ecclesijs intitulati.vide qđ post Host.notat Io.an.i.c.ad liberandũ de Iudeis ex.vbi cõcludit eos qui sic existimãt errare euidenter,nã prius fiũt Cardinales q̃ eis aliquis titulus assignet,& tũc hac habita cõsideratione dicunt Cardinales simpliciter nulla alia eccl'ia ex psſa.xxiij.di.in noie dñi. lxxix.di.oportebat,cuius ergo eccl'iȩ dicerent tũc tpis Cardinales vtiq; nõ alterius q̃ Romanȩ,cuius & semper Cardinales sunt,vt expresse dicit in illa decre.ad liberandũ in antiqua i.c.ad apicȩ in verbo,& vt ad præsens de re iud.in.vj.in ca.si quis epis.lxxj.di.Sed & Cardinales iuxta tex.in.l.j.qꝫ cuiusq; vniuersitatis.ff.arcam habẽt cõmunem & camerarium specialẽ loco syndici,qui oblata ex camera apostolica ȩqualiter diuidit inter eos,ad tractat⁹.ecclesiȩ vniuer=

Theorica Inno.a Bar.relata.

ſe explicãdos ſimul cõueniunt, habẽt quoq3 ius eligẽdi põtificẽ, qd nõ poſſe t explicari niſi a collegiatis i.c.j.& ca.i Geneſi. de elec.ex. Quinimo vt in vulgari dici ſolet. Appellat̃ ſacrũ collegiũ, eſtq3 ſummũ & excellẽs collegiũ vnitum a deo cũ papa, & collegar̃ appellatione cõtinent̃ q eiuſdẽ poteſtatis ſunt i.l.collegarũ de verbo ſig.ff.

SEPTIMA CONCLVSIO.



NTE TEMPVS CONVENTVS baſilieñ. Cardinaliũ numerus nõ legit̃ fuiſſe iſtitutus aut certus, dicebãt aliqui ad ſeptuagenarium numerũ redigi poſſe, cum totidẽ fuerit diſcipuli.c.i nouo teſtamẽto.xxj.di. ac totidẽ fuerunt gña linguarũ. Et Cardinales oẽs gẽtes iudicãt & natiões, & q̃uis i aliquo nõ intendã minuere poteſtatẽ papæ q maiorẽ vel minorẽ numerũ habere põt, mihi tñ non placet hęc opinio qm̃ diſcipulor̃ Typum gerunt pbr̃i, nõ Cardinales, vt in. d.c.in nouo. Sunt & ſcđo q exiſtimãt Cardinaliũ numerũ ad duos & quinquaginta reducẽdum, vtpote cum ſint vigiti & octo pbr̃ales tituli, diaconales decẽ & octo, & epi ſex. Sũt & tertio q credunt Cardinales ad cẽtenariũ aſcẽdere poſſe numerum vtpote ſcđm eos cum i locum Senator̃ ſucceſſerint p tex.i.c. eccl'ia ſenatũ habet.xvj.q.j. Sed rurſus nõ placet hęc opinio, qa ſi hoc verũ eſſet, ſeq̃ret̃ q Cardinalium numer⁹ ducẽnari⁹ eſſe poſſet, q nunq̃ viſus eſt, ac etiam eſſet nimis grauis eccleſię & oneroſus, & ſtatus ille excellẽtiſſim⁹ ſupflua numeroſitate vileſceret, ar.ca. legim⁹ ad fi.xciij.di.ibi diacões paucitas honorabiles faciebat, pbr̃os vero turba contemptibiles. Et ſequit̃ illic Puleium apud Indos pipere pcioſius eſt, his accedit, vt eſt apud Liuium, q Romulus ſenatores centum inſtituit, q numerus paulopoſt ſub Tarquinio Priſco in duas factiones maiorum & minorũ gentium diuiſus eſt, & ex cẽtenario ducennarius factus eſt, ex quib⁹ apparet nõ eſſe verum q nr̃i (potiſſimum Barba.) cõſtanter affirmant. Cardinales videlicet in locum ſenatorum ſucceſſiſſe. Nec ob.tex.in ca.eccleſia.xvj.q.j.q eccl'ia habet ſenatum, qa vt tex.ille ſubiungit, id eſt cetum & congregationẽ preſbiterorum. Itẽ Cardinalium habitus ſeu inſignia, de quibus ſtatim, longe diſtant ab illis quibus ſenatores vti ſolebant, ſenatorum

Cardinales an loco ſenatorũ ſuccedant.

Senatorum qualis fuerit numerus

enim insigne erat latus clauus seu laticlauiũ, & calceus lunatus vt ex Cicerone patet Philip.xiij. Et Horatius lib.j.sermonum senatores describens. Et latum demisit pectore clauum. Eo habitu Tulli⁹ Hostilius primus ex regibus Romanis est vsus, quem habitum etiã purpura cõtextum docet Plinius Mos quoq; fuit senatorib⁹ i curiã cum ptextatis filijs introire. Scribit Macrobi⁹ li.j.saturnaliũ vbi habet de Papyrio puero memorabilis indolis. Prętextati autẽ pueri dicebant, q ptexta adhuc & bulla vtebant qđ fiebat vsq; ad annũ decimũ septimum absolutum. ac tunc deposita ptexta puerili virilẽ togam assumebãt, nã pueritiã existimat Vlpianus in.l.j..§.pueritiã de postulãdo ad annũ pmissum, ab inde postulare cõcedit, ptexta autẽ (qđ accursius i.§.j.de iniurijs insti.nõ vsq;quaq; itellexit) est genus vestimẽti oblõgum talare qđ supra tunicas honorati quiq; sumunt dicta ꝙ ei purpura ptexebat, hęc vna cum bulla i vsum puerorum nobiliũ vsurpabat. His adde ꝙ Budeus vir ipense doct⁹ i.l.fi.de senato.ff.scribit Accursium nrm errasse i.l.fi.de peti.he.C.&.l.fi.de libe.pter.C.&.l.qui repudiãtis de inoffi.testa.ff. dum Accursius ille existimat cẽtumuirales idẽ esse ꝙ senatores, tu tñ cogita si Accursi⁹ sit nõ oĩno culpãdus sed aliqua dign⁹ venia, inq̃tum iuriscõ. i.l.Itẽ veniunt.§.itẽ pdixim⁹, scribit petitionẽ here.ee senatusconsultum. Et Iustinian⁹ de eadẽ locut⁹ i.l.fi.alleg.e.ti.dicit eẽ cẽtumuirale iudicium. Cẽtumuiralia autẽ iudicia iquit Festus a cẽtumuiris dicta sunt nã cum eẽnt Romę triginta qnq; tribus q̃ & curię sunt dictæ, terni ex singulis tribub⁹ sunt electi q cetumuiri appellati sunt. Et licet qnq; ampli⁹ q̃ cẽtum fuerit, tñ quo facilius numerarent cẽtumuiri dicti sunt. Bude⁹ quoq; i.l.fi.alleg.fo.xj.pag.ij.post Quintili.li.vj.ca. de pręiudicijs post Tranquillum in Augusto, Valerium lib.vij.ac Plinium lib.vj.epistolarũ affirmat, cẽtumuirales causas, in duas hastas diuisas. Auctus est centumuirorum numerus, ac manente semper nomine in quatuor concilia diuisus. Idem quoq; Budeus in.l. fi.folio.xiij.pagina secunda ad fi. scribit curiam supremã Parhisieñ.esse instar centumuiralium magistratuum, vtpote quæ ex duabus curijs constans in tria vel quatuor tribunalia, vt liquido intuenti patet diuisa est, ac nihilo seci⁹ credit curiã illã a cõuẽtib⁹ iuridicis originẽ ducere quorũ est freq̃es mẽtio apđ ãtiquos Cęsar li.v.belli gallici, Cęsar cõuentib⁹ gallicis pactis i illyricũ pficiscit, idẽ lib.vij. Cæsar quieta Gallia in Italiam ad conuentus peragendos pergit. Et si curia illa suprema conferri possit Areopagitarũ magistratib⁹, quorũ officiũ erat de cęde iudicare, ac de statu reipublicæ puidere

Bude⁹ vir impense doct⁹.

Centumuiralia iudicia.

scribit idē Budeus ea.l.fi.fo.xij.pag.j. Et eodē etiā loc o ostēdit si cū senatorib⁹ cōferri possit dicta curia, & adde postremo ꝙ (vt tradit iurisconsult⁹ in.d.l.fi.) Senatores sunt qui ex cōsularib⁹ & patricijs assumebant. Ex his (vt ad id vnde digressi sum⁹ redeam⁹) apparet Cardiales loco senatoꝝ nō successisse. licet multi ex schola nostra hoc diuinaci cōiectura & ptinaciter secuti fuerit, tum ꝙ nec eisdē isignijs vtunt, quib⁹ senatores vt supra ꝑmissi vtebant, neqꝫ eū referunt numerū, nec ex patricijs aut cōsularib⁹ deligunt, sed ex quocūqꝫ ordine, ac satis est post assumptionem suā ꝙ ꝓmoueant ad eum ordinē quē reqrit titulus cui ꝑficiunt, sicut ad eccl'iam parrochialē assumi pōt simplex cleric⁹, ac sufficit ꝙ ifra annū sit sacerdos i.c.licet canō de cle.i.vj. inde satis est electū ad epatū esse subdiaconū.c.a multis. de ęta.& quali.ex. Pōt autē eps cōsecrari q̄uis nō sit sacerdos, nō habet tn̄ executionē pōtificalis officij, nisi cū pbr̄ ordinat⁹ fuerit. notat Panor.i.c.vnico de clerico p saltū ꝓmoto. His adde ꝙ bn̄ficiū ꝙ reqrit certū ordinē solū aptitudine, si cōfert ei q nō habet ordinem sufficit ꝙ eū suscipiat i proximis tpib⁹, secus est si actu ordinē requirat, qa nō nisi habēti ordinē posset cōferri, vt i cle. vt hi qui, vbi glo. in verbo annexi.de ęta.& quali.i cle.notat subtiliter Panor.i.c.cū i cunctis.i.§.inferiora.i glo.i verbo remoueant de elec.ex. Postremo ad conclusionē istā qua de Cardinaliū numero agit, adde decretū factū in congregatiōe Basilieñ. quo in effectu statuit, vt Cardinales nō excedāt numerū.xxiiij. ac de oībus ptibus Christianis assumant vt noticia reꝝ in eccl'ia emergētiū habeat, ac vt ęqua sit honoris distributio, de vna natiōe solū tertia pars assumat, de vna vero ciuitate seu diocesi vn⁹ solus ꝑficiat, sint autē ad Cardinalatū assumēdi excellētes sciētia, morib⁹, ac reꝝ experiētia, nō minores ānis.xxx. magistri doctores seu licēciati cū rigore examinis, ac poterunt aliq esse filij fratres aut cōsanguinei regū seu magnoꝝ pricipū, nō assumant fratres, aut nepotes ex fratre vel sorore Romani pōtificis aut vnius Cardinalis viuētis, neqꝫ etiā assumant illegitie nati aut corpe viciati, aut alicui⁹ crimīs seu ifamię nota respersi. Postremo qa supra de Senatoꝝ isignijs dictū est, nō repugnat etiā hoc loco de Cardinaliū habitu & vestitu dicere. Scribit iprimis Inno.terti⁹.ꝙ Cardinalium insignia sunt mitra, tunicella, dalmatica, anulus, atqꝫ Sādalia, pinde Cardinales pbr̄i, & diaconi epāli funguntur iurisditione. Scribit Host.in ca.antiqua de priuil.ex. Qd̄ Cardinales dum fungunt legatiōe trāsmarina paludamēto purpureo, auratis calcarib⁹, equo phaleris aureis ornato vti possunt, de eodē loco testat Host. se vti solitum

Cōstitutio Basilieñ.

Adde his q̄ a Nicolao quarto seu (vt alij volũt) ab Inno. quarto donati sunt Cardinales galero rubeo decẽtissime redimito, quo equitãtes in publicũ caput integerẽt. Orbicularis illa figura q̄ in galero rubeo deprehẽditur significat, q̄ cum summo pontifice, quẽ ipsi p̄ficiunt eccl'ię vniuersę, totius orbis curã gerunt, color ille rubeus admonet eos debere pro fide Orthodoxa pro libertate eccl'ię vniuersę, sanguinẽ, cum opus erit fundere, adde q̄ aliqui dicunt Paulum scd̃m adiecisse sericeas cãdidas mitras, purpureas ĩfulas, & in qbusdã solẽnitatibus etiã corã summo põtifice paludamẽta purpurea, q̄ vulgo Cappas vocãt, eorũq; euectiõib⁹ cooptoria purpurea. Neq; est q̄ qsq̄ ascribat hos insignes vestit⁹ fastui, seu põpę. Nã alioquin oĩs veteris instr̃i sacerdotalium vestium gloria respuẽda esset. Nihil em̃ Thidaris, nihil ratiõale quadriãgulum habẽs. xij. gẽmas p quatuor ordĩes Sardium, Thopasiũ, Smaragdum, Carbunculũ, Saphirum, Iaspidẽ, Lyncurium, Acritẽ, Ametistũ, Chrisolytũ, Onychinũ & Berillum. Nihil suphumerale, Balte⁹, lamina aurea, & in circuitu tunicę mala punica tintinabulis ĩmixta. ac reliqua id gen⁹ ornamẽta necessitatis habebãt, significatiõis autẽ & cerimoniarũ mysticarũ plurimum cõtinebãt, q̄ oĩa quid significẽt no. elegã. spe. li. Rõ. iij. in rub. de ĩdumẽtis legalib⁹, qd̃ si vt habet de cõsec. di. j. i. c. j. tabernaculũ dño p̄cipiẽte Moysẽ fecisse, & sacrasse cum mẽsa & altari ei⁹, & ęreis vasis, ac vtẽsilib⁹ ad diuinum cultum explẽdum necessarijs legim⁹, ac id Iudęos qui vmbrę legis inseruiebãt fecisse, habebit multomagis religio christiana, cui veritas patefacta est & gr̃a, peculiares & excellẽtes vestit⁹ p viris sacratis, & ad sacras res cõueniẽtes, vt populo Christiano admirationẽ quãdã & maiestatẽ rep̄sentẽt, ac exẽplũ bonę cõuersatiõis exhibeãt, ide põtificum & sacerdotũ vestes ad rẽ diuinã necessarias eccl'ia ĩtroducit, vtpote Sandalia, amictum, albã, zonã, stolã, manipulum, caligas, succinctorium, dalmaticã. chirotechas, mitrã, anulum, baculum pastoralem. Sũt vero ex his ornamẽtis nõnulla sacerdotum & epoꝝ pmiscua, q̄dã vero epo rum peculiaria. Adde p̄dictis pallium qd̃ est Archiepoꝝ insigne de corpe Petri sumptum, vt habet de elec. c. significasti. ĩ quo plenitudo põtificalis designat, ac quo Archiepi ĩ puincia sua certis diebus vti possũt, extra puiciã nõ. c. j. c. ad honorẽ. & ca. fi. de aucto. & vsu, pallij. In pallio autẽ p̄misso albo, qd̃ instar torquis gestatur ĩ collo sunt quatuor cruces nigrę ppter mortificationẽ vicioꝝ q̄ debet esse ĩ palliato, & scd̃m quosdã significant quatuor virtutes Cardinales, aut scd̃m alios quatuor affectiõẽs, gaudium, dolorẽ, spẽ, & timorẽ,

Galerus rubeus quid designat.

Et cum tribus primis crucib⁹ ponanť tres acus, vt pungāt ne sit excessus, ī quarta deest ac⁹, timor siquidē secū gestat suū aculeum, ista notāt Io. an. & Panor. ī rub. ꝓxime alleg. Adde his quia de īsignijs īcidit sermo, ꝙ abbates qb⁹ ex priuilegio cōpetit vsus mitre si sunt exēpti ī ꝓuincialib⁹ & epalib⁹ cōcilijs vti possunt mitris auri Frisiatis nō gēmatis aut laminatis, & si sunt nō exēpti solū mitris albis in c. vt apīcę de priuile. ī. vj. vbi glo. ratione subijcit, finge inqt abbas ditissim⁹ vt Cluniaceñ. accedit ad cōciliū ꝓuīciale vel synodale cū mitra q̄ erit p̄ciosior epali, vñ cōtēneť eps, & scādalum suborieť, & glo. illic subiungit hoc nō esse pōpę attribuēdū aut fastui, imo ratiōe defendēdum, si doctores togati variati & ornati īcedāt, vt dignitas eorū appeat, at cōtra scholastici sunt īcrepādi qui vestes doctorales assumunt, facit ī ar. l. fi. de fal. ff. vbi Bar. & q̄ sunt doctoralia īsignia ponit glo. in cle. ij. de magistris.

De mitris ep̄orū & abbatū quō differre debent.

OCTAVA CONCLVSIO.



CARDINALES LEGATI A LATEre equiparāť ꝓcōsulib⁹, legati missi p̄sidib⁹ & hj oēs habēt iurisditionē ordinariā. ꝓbať hęc cōclusio ī. c. ij. e. ti. ī. vj. vbi glo. ī verbo ꝓcōsulum dicit ꝓcōsules eos eē q ex cōsulibus ad rēpublicā administrādā assumunť, p̄sides qui cū pri⁹ nō eēnt cōsules mittebāť ad regimīa ꝓuinciarū, idē etiā videť tenere glo. in. l. j, ff. de offi. præsi. His adde tex. in l. si ī aliquā. de offi. ꝓcō. ff. dum vult ꝙ ꝓcōsul habet plenissimā iurisditionē & oīm ptes q̄ Romę vel quasi mgr̄atus extra ordinē ius dicunt, ad ip̄m ptinēt. Et tu aduerte ꝙ dū Accursi⁹ eo loco excipit cōsulē & p̄fectū p̄torio, quasi cōsul Romę maiorē ptātē haberet q̄ ꝓcōsul ī ꝓuincia aut etiā p̄fectus p̄torio, ꝙ ī ea iterp̄tatiōe forte decipiť Accursi⁹ saltē q̄tum attinet ad p̄fectum p̄torio, nā cōstat ꝙ cōsulib⁹ Romę q̄uis pmittereť cohercere, & in vicula publica ducere, nō tñ habebāt potestatē statuēdi de capite ciuis Romani, sed q̄stores cōstituebāť a pop̄lo, & hi. appellabāť q̄stores parricidij. tex est de orig. iur. ff. ī. l. ij. §. exactis. & §. & quia vt dixim⁹. At p̄fecto p̄torio dabať ea ptās, nā exactis regib⁹ cū fuissent creati cōsules, & hj nō sufficerēt, pop̄lo aucto, cū crebra orireť bella, & q̄dā acriora a finitimis in-

An ptās consulis eēt maior q̄ ꝓcōsul. aut prefecti prætorio.

ferrent creati sunt dictatores,quib⁹ ad tēpus sūma data est ptās,& capitis aīaduersio,a quoꝝ sentētijs nō ꝓuocaret & hi mgr̄os militū assumebāt q scdam post eos gererēt curā,sed regimētis reipublicę ad īpatores ꝑpetuo tralatis,ad silitudinē mgr̄orū militū electi sunt p̄fecti p̄torio,a quorū sentētijs nō ꝓuocaret,ac minores a sententijs suis restituere possent.tex.sūt de his elegātes ī.§.alleg.exactis,& ī.l. vnica de offi.p̄fe,p̄to.ff.vbi glo.ī verbo iudicaturos, p̄fectis p̄torio cōparat ep̄os & Cardiales,& hui⁹mgr̄at⁹istar magis q̄ silem esse cā cellariatū ī Frācia existimat ibidē Bude⁹,& inq̄tū dixi ꝓcōsulē habere plenissimam iurisditionē, cū procōsul. sit q ꝓ cōsule est,& pro cōsulis ipio ī ꝓuīcia p̄est.De cōsulari ipio scribit Bude⁹ ī.d.l.si in aliquā.§.fi.videlicet ī.l.xij.tabularū scriptū esse,regio ipio duo sunto hiq; p̄eundo,iudicādo, cōsulēdo,p̄tores,iudices,cōsules appellātor,militię summū ius habēto,nemini parēto.Qđ autē maximū eēt ꝓcōsulis iperiū,appet ex tex.ī.d.l. & ideo de offi.ꝓcōsul.ff.dū vult ꝙ maximū habet iperiū post pricipē.Existimat autē eo loco Bude⁹ falsum esse ꝙ quidā credūt ꝓcōsules eos dici quos vulgo Balliuos, aut Senescalos vocāt,vtpote qui in prouincijs suis non habēt supremam potestatem,& iurisditionem,& secūdum principem,sed qui præter iurisditionem ordinariam nihil vendicant,a quorum sentētiis prouocatur ad principem,neq; existimat idem Budeus eos recte dici posse præsides,cum præsidis nomen sit generale,quod legatos & proconsules complectitur.Proconsules ante non alios esse credit quā quos gubernatores seu vicereges dicimus.Proinde eosdem Balliuos & Senescalos pręsides dici posse.Tenendo ꝙ nomē præsidis specialiter sumptum,accipiatur pro eo qui pręest prouinciæ seu prouinciolæ,vt tenet glo.in.l.j.de officio præsi.ff. Et vt ibi vult tex.nomen præsidis est generale,eo quod proconsules legati Cæsaris & oēs prouincias regentes, licet senatores sint,præsides appellantur,& prouincię dicebantur quæ amplissime erant, & Macedonia vna erat prouincia, Et Syria,& Asia, ac vt docet Cicero in quarto verri.Prima omnium Sicilia,prouincia est appellata,& Gallia comata quę nunc Francia dicitur,tota vna erat prouincia,quod bene probant duo tex.si quis bene prospiciat,in ca.coram.& ca. in Genesi de elec.ex.Redigere autem regionem in formā ꝓuincię nihil aliud est quam subiicere imperio Romano. Scribit Aegesippus Romanos,cum in ius suum vincendo redigerent procul positas regiones appellauisse prouincias . Inde vt vult Calepinus,prouincia dicitur . quod procul vinci videatur, proprie enim dicunt Prouincia.

ꝓuinciẹ regiões lõge ab Italia bello acqſitẹ ꝙ eas popul⁹ Roman⁹ prouicerit. Et ꝓuiciales dicti ſunt q ſunt ex ꝓuicijs, ſiue vt Vlpianus iquit, q i ꝓuincijs domiciliũ habẽt, prouicialium noie oẽs ꝑter Italicos appellabanꞇ. Inde columella li. vj. de agricultura vinearũ ꝓuincialiũ meminit, cũ alibi de agricultura Italicaꝝ ſcripſit, & Plinius li. viij. epĩaꝝ. Italic⁹ es an ꝓuicialis? Adde tu ſcdm iura noſtra ꝙ prouincia eſt tributaria, Italia nõ. not. in. l. vnica. §. fi. cum glo. de vſucap. trãſformãda. C. ne de Italia dicaꞇ, qđ apđ Hieremiã habeꞇ Priceps ꝓuinciarũ facta eſt ſub tributo. glo. i. l. fi. ſine cẽſu vel reliq. C. Et ꝓuicias q̃ ſunt Iuris Italici, ponit iuriſcõſult⁹ i. l. pe. & fi. de cẽſi. ff. inter quas ſunt Burgundioneñ. Lugduneñ. Vienneñ. & Agrippineñ. Et ille legat⁹ de quo in ca. nouit. e. tit. ex. Erat legat⁹ nõ ſolũ i regno Frãciẹ, ſed Lugduneñ. Bizuntina, & Vienneñ. prouicijs. Et hæc de prouincijs extenſe dixi, tum ꝙ prouinciẹ q̃dam erant conſulares, quædam prætoriæ, tum ꝙ legati iuxta concluſionẽ noſtrã quando ſunt a latere equiparanꞇ proconſulibus, & miſſi prẹſidibus in prouincijs ſibi decretis.

ADDE HOC Loco ꝙ quidã ex ſchola canoniſtarum Cardiales comparant patricijs moti. ex. tex. in ca. Conſtantinus. xcvj. di. quã opinionẽ per illũ tex. ſecutus eſt. Barb. in. j. q. Baſiľ. col. ij. Sed hæc opinio mihi nõ placet, & ipſe Barba. eadẽ. q. & col. pauloante dixerat, ſecutus Oldradum. Qđ quo tẽpore Cõſtantinus donationẽ fecit nõ erant tunc Cardinales, nõ ergo poteſt ille tex. cõmemoratiu⁹ illius donationis de Cardinalibus intellexiſſe. Et tu aduerte ꝙ Patricij (vt Calepinus eſt autor) ſunt qui a primis ſenatoribus Romanis oriundi erãt. Tacitus li. xj. de Claudio loquens his diebus in numerum Patricioꝝ adſciuit Cæſar vetuſtiſſimum quẽq; ex ſenatu, aut quibus clari parentes fuerant. Et Suetonius in Auguſto ea gens inquit a Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta in ſenatum. mox a Seruio Tullio in patricias traducta ad plẹbẽ ſe contulit ac rurſus magna vi per diuum Iulium in Patriciatum reducta. tex. tamen in. l. fi. de ſenato. ff. dicit ſenatores accipiendos eos qui a Patricijs & conſularibus deſcendunt. Budeus vero eadẽ lege. lo. xiiij. pagi. prima. Exiſtimat patricios dici poſſe pares Franciẹ ſex pontifices, & ſex militares, quaſi (vt Sudas ait) parentes communes reipublicẹ, vt habetur in. §. filius q mo. ius pa. pote. inſti. glo. in. §. plẹbiſcitum de iure natura inſti. Et his ſatis concor. tex. in. l. nemini de. offi. con. C. li. xij. vbi vult nullum ad Patriciatũ aſſumẽdũ, niſi alterã de dignitatib⁹ illic iſertis ſit adept⁹, videlicet cõſulat⁹ ꝑfecturẹ

Patricij qui ſunt.

prętoriæ vrbis/vel illyrici,aut magistri militum.Sed hęc cardinalatus dignitati non conueniunt,quos papa nō vt patres/sed filios maxime presbyteros/& diaconos assumit. Adde q͏ quidam ex nostris dicunt q͏ cardinales equiparantur p̄fectis p̄torio.sic glo.in le.vnica in verbo Iudicaturos de offi.p̄fec.p̄torio,sed non placet hęc opinio Nam sequeretur q͏ qua ratione a sentētia p̄fecti p̄torio non appellatur,& ipse etiam restituit in ītegrum,vt vult tex.in le.p̄xime allegata.Sic nec a sentētia cardinalium/qn̄ auditores deputantur,quod ē falsum.vt in ca.Rainucius/& ca.Rainaldus de testa.extra.& restitutio in ītegrum/saltem iure minori/& cum sit reseruata pricipi,non ē iure cautum q͏ cardinales eam possint concedere.Adde etiam falsū esse quod idem Barb.scribit eadem q̄stiōe. Cardinales secūdum eū in locum apostolorum successisse.nam discipulorum typum gerunt presbyteri,apostolorum vero episcopi,vt supra deductū fuit.Et habetur latius in ca.In nouo testamento.xxj.dist.

¶NONA CONCLVSIO.



ARDINALI LEGATO A Latere is ē exhibendus honos/qui & summo pontifici.facit in ar.ca.Grādi.de supple.negligē.p̄la.in vj.vbi honos qui debetur regi,est exhibēd' administratori regni.Probatur hęc cōclusio in.ca.fi.xciij.dist.Et eundo & redeundo est iuuādus legatus in suis necessitatibus.ca.accedētes de p̄scrip.& quilibet episcopus hoc se iurat facturum.ca.ego.n.de iureiu.extra. Credit enī papa eos/qui ob singularem fidem/& industriam explorata eorum fide & grauitate/ad huius officij magnitudinē adhibentur,non aliter pro sapiētia/ac iure suæ dignitatis iudicaturos,q̄ ipse faceret.tex.est in dicta le.j.de officio p̄fec.p̄torio.ff.&.xciij.di.i ca.prio in verbo Neq͏ enī de eius actibus dubitare possumus.facit tex. in epistola liquet in fi.de summa tri.Facit,quod habetur p̄uer.xxv sicut frigus nimium in die messis/ita legatus fidelis ei qui misit eū, animam eius requiescere facit in pace. vbi glosa īterpretatur, q͏ sicut in feruenti palestina non est parum delectabile si tēpore messiū subito frigus suboriatur,quod ardentes messorum tēperet anhelit', his recte assimilatur legatus,qui prudenter agendo/mentem eius a quo mittitur requiescere facit ī pace.& p̄uer.xiiij.Est legatus fide.

lis sanitas. Et sedes apostolica honorat in reuerētia quæ exhibetur legato. At cōtra scribit .xciiij .di .Si quis legationē, id est legatū ipedierit, non vni⁹, sed multoꝝ vtilitatē auertit, & sicut multis nocet, ita a multis est arguēdus, & bonoꝝ societate priuandus, & quia dei causā ipedit & statū turbat eccl'ię ab ei⁹ limitib⁹ arceat. Huic cōclusioni adde quīq₃ declaraiiōes. PRIMA, ꝙ vt ꝓcōsul portā Romę ingressus deponebat imperiū in .l .fi .de offi .procōsulis· idē est de legatis & patriarchis i ꝑsentia papę ca .antiqua de priuile .ex .& egressus ꝓcōsul portā Romanā ante igressum ꝓuicię sibi decretę exercebat actus volūtarię iurisditiōis adoptiōis, & manumissiōis .l .j . & .ij . e .ti .Sed cōtētiosam nō exercebat, sed ꝓcōsularib⁹ vtebat insignijs.

Quīq₃ declaratiōes hui⁹ cōclusionis.

SECVNDA Declaratio, ꝓcōsul ꝓuinciā ingressur⁹ habebat necesse mittere edictū de aduētu suo, neq₃ debebat reqrere ꝙ ei publicę aut priuatim occurrat, ac etiā re[illegible]ecerit si miserit edictū ꝑdecessori suo, ne ex inopinato euētu turbet prouīciales i .l .obseruare .§ .ante quā .ff .eodē, & ꝓcōsul si in itinere morā necessariā patiat pōt legatū instituere, ante nō, cū nōdū habeat iurisditionē, absurdū est ergo ꝙ eā delegare possit, si ante delegauit, & ingressus pseueret in eadē volūtate assumit legat⁹ iurisditionē nō ex quo istitut⁹ fuit, sed ex quo ꝓuinciā est igressus, de his est tex .i .l .obseruare .§ .fi .de offi .ꝓcōsulis ff, Adde ꝙ legat⁹ ꝓcōsulis subdelegat .tex .est i .l . legat⁹ . ff .eo .scđm literā affirmatiuā, hoc ideo scđm Bar .i .l .a iudice .C .de iudi .qa hoc facit ex cōsciētia legis, siue & melius, qa delegat⁹ est ad vniuersitatē causarū, & hoc vt dixi ꝓbat in .d .l .scđm literā verā q̄ est affirmatiua, & refert Policianus i Miscellaneis negatiuā, nō in Archetypis florētinis nō iueniri, qđ si habes i textu illi⁹ legis negatiuā, nō, vt est litera communis ꝓbat tex .ꝙ si legato est vna cā delegata nō possit eā subdelegare, ita glo .ibi & expssius Bar .hoc idē tenet glo .i ca .sup q̄stionū .§ .porro i verbo delegare de offi .deleg .glo .i d .le .cū pretor, inde dicebat Bal .in dic .l .a iudice delegatos Cardinalium legatarū posse subdelegare, sic Ange .in dic .l .cū pretor p Panor .in ca .cū Bertholdus de re iud .ex .Et dicit albe .in dic .l .a iudice se vidisse ita seruari, quamuis putet contrarium de iure.

TERTIA Declaratio procōsul p eā ptē ꝓuinciā ingrediat p quā ingredi moris est in .l .obseruare .§ . hoc etiā obseruare e, ti .& dū tex. ibi subijcit quā greci .&c .appellāt .Budeus eo loco dicit i annotatiūculis Policiani manu scriptis, se legisse, quā greci Epidimias vocāt siue cataplū obseruare. Est autē epidemia accessus ad ciuitatē plerūq₃ obseruari solit⁹ .Cataplū obseruare est portū tenere p quē plerūq₃

ꝓcõsules applicare solẽt, de maritimo em̃ ac terrestri accessu loqͭ illic Iulianus & paulopost, dũ in eadẽ lege subiungit, Impator nr̃ Antonin⁹ad desyderia Asianorũ rescripsit ꝓcõsuli necessitatẽ ipositã p mare Asiã applicare, & Metropoli ephesum primã attingere Legẽdũ est inqt Budeus ꝓ more, Et addit ipse vsus testimonio Stephani de vrbib⁹. Et Plinij li.v. Ephesum de qua loquit iuriscõsult⁹ nr̃ esse vrbẽ Ionię clarissimã apud quã erat sũma iurisditiõis. At Metropolis est vrbs ex qua colonię postea deductę sunt. Et p̃terea idẽ Budeus taxat Gratianũ q Isidorũ secutus in ca. cleros. xxj. di. dicit Metropoles a mẽsura vrbiũ dictas. Et tu præter eũ dic quod magister senten. in. iiij. dist. xxiiij. in eo errore fuit quo Gratianus. Metropolis.

QVARTA DEclaratio, inq̃tũ supra declaratiõe prima dixi, qđ ꝓcõsul põt vti ꝓcõsularib⁹ insignijs, tũc dic qđ ꝓconsul põt vti sex fascibus. tex. est in. l. pe. ff. eodẽ. Sunt autẽ fasces fasciculi virgarũ inter quas securis obligata erat. Ita vt ferrũ in summo fasce extaret, quos fasces lictores magistratibus p̃ferebant. Et tu aduerte eo loco Accursius decipit dũ exponit sex fascib⁹, id est sex mensibus quasi velit qđ officiũ ꝓcõsulis expiret semestri, qđ est falsum. Nam proconsul poterat administrare vsq; ad aduentum successoris in. l. meminisse. ff. eo. imo potestas legati a latere nõ expirat p mortẽ papę tex. est in ca. ij. eo. ti. in. vj. de quo ĩfra latius dicet. & glo. i. c. p̃senti e. ti. in. vj. q̃ ponit casus in qb⁹ finit ptãs legati nõ adducit istũ, & tex. p Accursiũ i. d. l. pe. adductus videlicet. §. exactis de orig. iur. p quẽ nitit probare officiũ procõsulis expirare semestri nõ loquit de procõsule, sed dictatore cui⁹ officiũ finiebat semestri vt in. j. §. exactis. Fasces.

QVINTA DECEARATIO, PROCONSVL in prouincia sibi decreta debet in accipiendis muneribus modum adijcere i. l. obseruare ad fi. ff. eo. A nemine inquit ille tex. accipere inhumanũ est, sed passim vilissimum, & per omnia auarissimum. Policianus autem in Miscellaneis dicit ĩ illo textu exenia corrupte legi, vt ex pãdectis Florentinis constare refert, dicit vero xenia legendum esse, xenia autẽ in terminis illi⁹ legis sunt munera hospitalia. Et eo loco dicit simile esse qđ. i. Machab. xj. Encenia corrupte ꝓ xenia legit, Encęnia aũt sũt dedicatiões tẽplorꝝ Io. xj. Facta sũt Encęnia Hierosolomis, ide i. l. sed si vir vxori. §. nõ videt de dõa. iter vi. & vxo. ff. vbi lr̃a cõis corrupta habet, i Encenio aut i vnguẽtis, & i ãtiqs codicib⁹ ẽ obxenio, dicit ĩ eodẽ loco Bude⁹ obsonio legẽdũ, & recte meo iudicio, nõ ei videt mulier fieri locupletior si i obsõio aut ivnguẽtis aliqd largiat marit⁹, his adde q dũ tex. d. l. obseruat ad fi. subijcit.

Sed nec xenia producenda sunt ad munerum quãtitatem, itelligẽdũ est istud/ꝙ munusculorũ prętextu non sunt occupãda illa munera, quę nimio sumptu onerare possint prouinciales. Tu tamẽ aduerte ꝙ legati/& nuncij sedis apostolicæ in prouincia sibi decreta sunt procurandi. hr̃ in ca. Cum instantia. & ca. Procurationem, de cẽsi bꝰ & vt notat Io. An. illic Legati sint de latere/aut alij/accipiunt procurationem nõ ratione visitationis/sed cõmunis oneris. ar. ca. cum pro cã, de procura. extra de electi. ca. vt p̃tẽte, de sta. mo. in singulis. Legatis non de latere/ & nuncijs curia certam quãtitatem taxat ꝓ die qualibet, quam ipsi percipiunt tam itinerando/q̃ stando. Legatis vero de latere solet taxare itinerando. xv. florenos, in stando non. Et sicut olim recipiebant quãdo vna prouĩcia erat eis decreta, sic & hodie recipiunt quotcũqꝫ prouincias regant.

DECIMA CONCLVSIO.



LEGATVS IN PROVINCIA SIbi decreta habet iurisditionem ordinariam. Hæc cõclusio aperte probatur hodie ĩ ca. secũdo. eo. ti. in. vj. Istam partẽ tenet glo. in ca. Sicut vir, in verbo aut legatum. vij. q. j. glo. in ca. Igitur. xxv. q. ij. Io. de deo. in q̃stiõibꝰ suis in prĩcipio. Inno. ĩ ca. Licet de officio. de le. extra glo. in ca. Ex lr̃is de iteg. resti. glo. ĩ ca. fi. isto ti . Adde Pa. in ca. j. eo. ti. vbi dicit ꝙ legatus papæ in prouincia sibi decreta habet ampliorem potestatem q̃ episcopꝰ/vel archiepiscopus, immo est vere sup episcopos/& archiepiscopos. Adde Spe. ti. Isto. §. nũc ostendendum. versi. Legatus, vbi dicit ꝙ legatus cõcurrit cum quolibet ordinario exñte in prouincia sua qualiscũqꝫ sit, siue sit abbas, siue episcopus/siue archiepiscopus/siue patriarcha/vnde põt exercere ea/quę per istos exercentur ratione ordinariæ potestatis. Hęc cõclusio ampliatur quinqꝫ modis. Prima ampliatio/ꝙ hoc habeat locũ in quolibet legato. sic glo. j. in dicto c. secũdo. & scribentes sequũtur. Et si tu fortiter obijcias ꝙ textus ille/ĩ quo pręsens articulꝰ (qui prius erat in conflictu opinionum) deciditur, dirigitur ad cardinalẽ pręsbyterum tituli sanctæ Ceciliæ apostolicæ sedis legatũ, ergo ad alios legatos non porrigitur. Tu dic ex hijs / q̃ ibi inseruntur instar

Quinqꝫ ampliatiões huius conclusionis.

procõsulum, ceterorũq; præsidum, q; concludit ille tex. satis in oĩbus legatis q; habeãt iurisditionem ordinariam, in subscriptiõe autem illius tex. pro tanto de Cardinali tacta est mentio, quia sup dubio ibi deciso consultationem fecit. Secũdo si tu obijcias q; legatus gerit vices papę. ca. j. e. ti. quod repugnat iurisditioni ordinarię quę cõpetit iure proprio, & est radicata in persona ordinarij, tu dic post Panor. d. ca. j. q; licet legatus habeat ordinariam, tamen cũ hæc potestas sit odiosa & extraordinario modo inducta, vt notat glo. pen. in cle. fi. de offi. ordi. Et ei a iure non est deputatus certus locus vnde dicitur gerere vices papę, vel secundo dic q; vt consules, quibus certa prouincia cõmissa erat proconsules dicebañ, & qui prius non erant consules, in prouincia pręsides prouincię dicebantur, & hi habebant iurisditionem ordinariam, ita Cardinales legati proconsulibus, alij pręsidibus comparantur, & habẽt instar eorum iurisditionem ordinariam, sic glo. in dic. ca. ij. in verbo proconsulum de quo etiam supradictum fuit conclu. viij. in principio. Tertio dic q; illa verba vices nostras non tollunt legatis iurisditionem iure proprio, sed debent intelligi scd̃m qualitatem personę cui diriguntur. ar. l. plenum. §. Equitij de vsu & habitatiõe. ff. Nã cum ad delegatũ diriguntur important q; habeat iurisditionẽ iure alieno. c. sane. l. ij. de offi. delega. in verbo vices nostras, q; si legato diriguntur importẽt q; gerat vices papę iure proprio, sic Barba. no. in ca. j. allegato.

SECVNDA DECLARATIO est, vt legatus possit congregare concilium prouinciale, sic doc. tenẽt in ca. q; translationem. e. ti. ex. vbi copiose Barba. col. lxxxiij. licet glo. & male in. §. porro. iij. di. dicat oppositum. Nã post papam est maior omnibus alijs qui sunt in prouincia, vt in ca. si abbatẽ de elec. in. vj. Et posset eadẽ ratiõe congregare concilium Synodale, hinc tu aduerte q; singulis annis debẽt Archiepiscopi facere conciliũ prouinciale, in ca. sicut olim de accusa. ex. vbi Host. Io. an. Io. de aua. cumulant. lxxij. decretales editas in concilio Lateraneñ. & clausas in volumine decretalium. Ac si in concilio prouinciali nihil sit, qđ in mediũ proferatur, ipsi volunt q; illic legantur, publicentur, & exponantur illę decretales. Et Archiepiscopus visitata ecclesia ciuitate ac diocesi proprijs quomodo debeat prouinciã visitare, & ecclesias tam cathedrales q̃ collegiatas inferiores clericos non habentes curam animarũ. Et Laicos quantũ attinet ad sacramẽta ecclesiastica, & quomodo procuratio ab eis debeat accipi nõ in pecunia, sed victualib⁹, & qualiter Archiepiscopi ipsi & eorum familia a muneribus debeant abstinere vide quod de

Legat⁹ an possit cõgregare conciliũ

his omnibus habetur in ca. Romana. in toto discursu illius decreta lis de censi. in. vi. Et ibidem etiam notatur, quid prelati visitantes debeant facere, quibus tu adde pulchrum & elegantem tex. in ca. placuit. x. q. iij. qui instruit prælatos, vt debeant prædicare, instruere populum in fide, in articulis fidei, instruere præsbiteros, ne quẽpiam ad fidem recipiant nisi per. xx. dies sit cathecizatus, instruãt quoq; ne alijs quod sibi nollẽt fieri faciant, ac demum prædicent diem postremi iudicij quo omnes recepturi sunt secundum opera sua. Et circa procurationem, tu adde quod olim procuratio in pecunia poterat recipi a volẽtibus. c. inter cętera. x. q. iij. Postea fuit ĩ victualibus taxata, ac fuit taxatus numerus euectionum ca. cũ apostolus de censibus, post mõ. iuxta tex. in ca. ab exordio. xxxv. dist. O. reuolauit ad A. vt videlicet procuratio a volentibus in pecunia recipi posset. tex. est in ca. felicis. de censibus in. vj. Et recte, accidit enim sępenumero, vt glo. ibi vult, quod pauperes clerici qui habẽt vnica ꝯ culcitram & gausape ita loquitur glosator, non sunt idonei ad excipiendos prælatos, & hæc obiter dixi de Synodis & cõcilijs prouincialibus. Adde de eisdem cõcilijs, quod notat Inno. in. c. graue. de prębendis glo. prag. copiose titulo de auctori. & potestate sacrorum conciliorum. De cõcilijs autem monachalibus quę per singula triennia fiunt. vide quod habetur in ca. in singulis, & ca. ea q̃ de statu regularium. Et quia de iuribus quibusdã episcopalibus tactum est, vt de congregatione Synodi, visitatione, & procuratione iuribus episcopalibus tactum est, vide quantum ad alia iura episcopalia text. in. c. conquerente de offici. ordina. vbi pulchre singula iura episcopalia inseruntur, & Panor. illic declarat in specie. Primo habet episcopus in subdiaconos canonicã obedientiã per quam cognoscunt eũ in iudicẽ. ca. quã q̃. xxiij. di. Secũdo subiectionẽ per quã cognoscunt in dominũ. c. graue. de exce. pręla. extra. Tertio reuerentiam qua cognoscunt subditi episcopum in patrẽ, patres em̃ spirituales sunt in reuerentia nõ minore habendi q̃ Carnales in ca. Pitacium. xxx. q. iij. Quarto institutionẽ tã tituli collatiuam, q̃ eam quæ ad pręsentationem patroni fit, q̃ auctorisabilem, quæ est ad curam animarũ. ca. oẽs Basilicę. xvj, q, vij. ca. cum ex iuncto. de here. ex. ca. vnico. de capel. mo. in. vj. Quinto correctionẽ quantũ ad crimia. Sexto reformationẽ quantũ ad mores. ca. irrefragabili. & ca. licet. e. ti. Septimo iurisditionẽ omniũ causarũ ad forũ ecclesiasticũ ꝑtinentiũ, & q̃ sunt illæ causæ quibꝰ etiã ep̃s habet iurisditionẽ in Laicos not. in. c. cũ sit generale de foro cõpe. ex. nota. in ca. fi. de excep.

Officiũ pręlati in visitatione.

Ep̃alia iura.

Triplex ististutio.

in.vi.vnde sequit̃ ꝙ inferiores ep̄is qui habent iurisditionem in il-los de collegio nō tamē habēt priuatiue, sed accumulatiue ad ep̄os ita ꝙ isti nō faciunt gradum, sed episcopus cōcurrit tanq̄ generalis ordinari⁹, & isti inferiores tanq̄ speciales, facit ꝙ defensor ciuitatis (cui cōfertur episcopus) potest cognoscre de causis subditorū omis-sis magistratib⁹ inferioribus, de quo est glo.fi.vbi pulchre Panor.in ca.cū ab ecclesiarū de offic.ordi.extra. Octauo.ad ep̄m recurrit̃ pro penitētijs, qđ In.post Panor.declarat dupliciter. Primo, vt ad ep̄m recurratur ꝓ ordinib⁹, cōseq.ix.q.ij.per totum.ca.nullus.de parro-chijs. Scđo ꝙ pro sacramētis maximę penitentia ad eū recurrat̃, & dicit̃ ep̄s proprius sacerdos iuxta glo.i.c.ij.de penitē.in.vj. Et scri-bētes in ca.oīs vtriusq; de proprio sacerdote loquentes intelligāt de ep̄o, & tu caue ꝙ mendicātes nō dicantur proprij sacerdotes. Nam illi sunt proprij qui necessario confessiones audire tenentur, & qui-bus necessario est fienda confessio, sed mendicantes non necessitan tur ad audiendum, neq; quisq̄ necessitatur ad cōfitendum illis, est verum ꝙ ipsi mendicantes habent ex priuilegio potestatem audiē di confessiones, recipiendi sepulturas & prædicandi, qđ priuilegiū a Bonifacio octauo primum receperūt in extrauag. super cathedrā de sepul. Et quia priuilegiū illud imutatum fuit ꝑ benedictū vnde cimum, vt habet̃ in extrauagāti intercūctas, ideo renouata fuit cō-stitutio Bonifaciana, in concilio Vieneñ.in cle.dudū de sepul. Et a Io.xxij.in extrauag.incipiente vas electiōis prorogatum est istud ad Carmelitas & Augustinenses. Et adde, quod confessi illis men-dicātibus sunt absoluti. Neq; tenent̃ necessario eadē peccata semel in confessione sacramentali deleta reiterare proprio sacerdoti, Sed ipse sacerdos tenetur illis sic confessis in pascate sacramentum eu-charistiæ ministrare, necnon sacramentum extremę vnctionis. No no inter iura episcopalia apponitur Synodus, quam Episcopus sin gulis annis facere debet, de quo in ca.sicut olim de accusa. & qui ab episcopo ad Synodum cogi possint vt veniant, & quæ sint de lege Synodatica, & quæ de lege iurisditionis.vide quod notatur in ca. dilectus de offic.ordi. Decimo habet episcopus Cathedraticum, id est duos solidos, vel aliam summam, quæ in honorem cathe-dræ exsoluitur. Quod ius si ab episcopo remitti possit.vide Panor. in cap̄.cum venerabilis de censibus, vbi idem notat octo iura quæ adhuc penes episcopum remanēt facta generali remissione. Vnde-cimo, habet episcopus quartam decimarū, & quartā mortuariorū, de qua in.ca. requisisti.de testamē. & in ca.de quarta.de præscrip.

Inferiores si ad ep̄os habeāt iurisdi-tionē priuati ue an accu mulatiue.

Priuilegia mēdicantib⁹ concessa

Et quarta decimarum succedit loco eius quę soluebatur per tribum leuiticam summo sacerdoti, de qua scribentes notant in ca.j.de deci. Ego late scripsi in repetitiōe ca.j.de homicid.cōcl.vij. postremo potest episcopus imponere charitatiuū subsidium, de quo an monasteria ad illud teneantur.nota.in ca.j.de sta.regula.de his & quibusdam alijs iuribus episcopalib⁹ not.Panor.in dic.c.dilectus.vbi iungitur per eum post glo.Inno.& alios, an sit dabilis decia inter ea q̄ sunt de lege diocesana, & quę sunt de lege iurisditionis. Adde ꝙ solet dici ꝙ electus confirmatus consequitur ea quę sunt iurisditionis non ea quę sunt ordinis, nā quæ sunt ordinis consequuntur soli consecrati, vt notaṫ in ca.transmissam, de electi. Et quę sunt ordinis nō possunt præscribi per inferiores, sed quę sunt iurisditionis sic de primo habetur in.c.quanto de consuetudine, de scđo habetur in.c.auditis de pręscrip. Iurisditiōis autem episcopalis sunt iudicare, excōmunicare, corrigere, iuramēta a vassallis recipere, confirmare, inuestire, beneficia conferre. Ordinis autem episcopalis sunt clericos ordinare, crisma conficere, benedicere virgines, consecrare ecclesias, altaria, cimiteria benedicere rursus, clericos deponere, de quo per glo.in dic.ca.transmissam.de elec.& de concilio prouinciali & episcopali, quod possunt legati congregare dictum est supra. Adde ꝙ legati non possunt facere concilium generale quia hoc est de reseruatis papę, vt patet.xvij.di.per totū.& sentit glo.in ca.ꝙ translatione isto titu.putat tamē Barba.ibi in col.xxxij.ꝙ si sunt duo contendentes de papatu. Et quisqȝ eoꝝ ū est in possessione obedientię, quisqȝ eorum faciet congregari partem quę sibi fauet ad certum locum vt concilium sic congregatum inter eos iudicet de quo habetur in ca.si duo.lxxix.di. Et scđm hanc doctrinam intelligit ꝙ Symach⁹ qui contendebat cum Laurentio congregauit concilium de quo i.§. huic etiam.xvij.di.ꝙ si renuant isti antipapę congregare tunc secūdum eum communis opinio habet ꝙ ad collegiū Cardinalium spectat, quia cum sit in possessione eligendi papam ergo omnia explicandi per quæ perueniṫ ad papatum.ar.l.illud de aqui.heredi.ff.& eo casu, quo allegaretur collegium Cardinalium esse diuisum tunc ad imperatores pertineret seu principes.ar.c.fi.lxv.di.& in ecclesia primitiua, quę propter infideles & hereticos nōdum erat solidata. fiebant concilia per imperatores de quo in ca.habeo librū.& ca.sexta synodus.xvj.di.ego copiose scripsi in repetitione.ca.licet deuitāda de elec. Cum ergo prima congregatio conciliorum fieret per imperatores nimirum si deficiente papa in quem conciliorū feudoꝝ

Quæ iurisditiōis & q̄ ordinis epalis.

Duob⁹ de papatu cōtēdētib⁹ cōsilium qualiter sit congregādū

potestas est translata, Et collegio Cardinalium vel negligente vel diuiso pateat reditus ad illud ius primarium, quo per imperatores fiebat congregatio. Plus putat Barba. in casu præmisso quo essent duo contendentes de papatu, q; conuocatio concilij pertineret ad principes omissis Cardinalibus, tum per rationes præmissas, tum per ca. Principes. xxiij. q. v. Cum enim tunica illa domini inconsutilis sit diuisa per Cardinales credibile est, qđ Cardinales ipsi semp differrent ne concilium de eorum facto iudicet, de quo post Bal. & Card. scribit eleganter Feli. in ca. super lr̃is in verbo, an sua sit iurisditio in. xj. col. cum duabus sequentibus de rescrip. vbi ipse multa verba effundit quæ dicit esse noua & notanda, ac de honore accrescendo, si quando casus isti occurrant quos deus auertat, de quo Decius subtilis iurium interpres scribit in. ij. & . iiij. dubio concilij facti pro defensione cõgregationis Pisanę, ego satis copiose scripsi in dic. ca. licet de vitanda in fo. xij. cũ sequente.

Per pricipes an cõsiliũ generale fieri possit.

TERTIO AMPLIATVR conclusio nostra, vt possit legatus in prouincia sibi decreta facere vicarium Nam hoc facit episcopus in ca. in plęrisq; de offi. or. Sic tenet Panor. in ca. nouit. eod. ti, & illic refert Barba. qđ Reue. Cardinalis Aretinus legatus Bononieñ. constituit sibi locum tenentem. famosissimum iurisconsultum Ioannem de mella compatrem suum. Item proconsul potest prouinciã ingressus vicarium instituere. Et ante ingressum si necessariam moram patiatur in itinere. l. obseruare cum sequen. de officio proconsulis. ff. Sed hæc ampliatio videtur mihi dubitabilis, nam ordinarijs non licebat habere loci seruatores. §. ad hęc de colla. col. ix. præterea durum esset qđ instituerẽtur p eos vicarij præsertim cũ potestate conferẽdi, sic enim euacuaret̃ iurisditio ordinariorũ, & cõfunderet̃ ordo Hierarchic⁹ eccl'ię cõtra tex. in ca. puenitur. xi. q. i.

De vicariis legatorum.

QVARTO AMPLIatur hęc cõclusio, vt delegatus Cardinalis q̃uis sit delegat⁹ ab inferiore a principe possit subdelegare, sic Angel. in. l. cũ prętor de iudi. ff. sic Bal. i. l. a iudice. C. eodẽ. Ac vt ibi refert d. Iason, vidit Albericus ita seruari, licet de iure putet cõtrariũ, ego adduco tex. expressum in. c. cũ Berthold⁹ de re iud. scđm itellectũ quẽ ibi sequit̃ Panor. i. v. col. i. fi. Mihi autẽ (vt illius decretalis intellectus aperiãtur) nõ placẽt quatuor intellectus in ea p scribẽtes relati. quos ego paucis absoluã. Primo dũ ibi glo. in verbo alijs, dicit delegatũ Cardinalis potuisse subdelegare qa lis erat cõtestata, istar ꝓcuratoris. i. l. nulla de ꝓcu. C. i. c. i. e. ti. i. vi. Nõ põt recipi hic intellectus cũ iura dicãt delegatũ inferioris a principe, indistincte nõ pos-

ctione postulati, nã tũc cessat illusio, & postulatus cui ius non q̃ritur non potest contradicere, sic Inno. & Host. in ca. bonę. l. j. vbi Panormita. in. iij. col. de postula. p̃la. Quarto adde quod quando postulatio non est facta in concordia pendet amissio ipsius ex gratia speciali, quod si in concordia aut a duplo maiori parte & pro vtilitate ecclesię pendet ex gratia generali, sic q; postulatio non potest reijci sine iniuria postulantium post glo. in cap. cupientes. §. cęterum. in verbo contumacia. de elect. in vj. Tenet Pa. in dicto ca. bonę. l. j. & i ca. penul. de postu. præla. & inquãtum dixi quod postulato post postulationem præsentatam superiori ius non queritur, tu adde q; propterea postulatus debet cum maxima reuerentia ad superiorem accedere, & petere genu flexo in terram, vt eius postulatio admittat̃ cum vt dixi admissio pendeat ex gratia, pręsentatus autem quamuis ex præsentatione aliquod ius consequatur, vt Inno. notat in ca. dilectus isto titulo. Tamen cum patronus saltem Laicus possit aliũ præsentare saltem accumulatiue. ca. cum autem. de iure patrona. debet propterea is leuare caputiũ, & se incuare, vt cito expediatur, ne alius interim pręsentetur. Electus vero si confidat in electione sua non esse peccatum, in materia, vel in forma, petere potest, elato supercilio confirmationem, & cum comminatione. q; nisi confirmet̃ recurret ad superiorem, sic Io. An. & Panor. eleganter notant. in ca. penul. eo. ti. de postu. præla.

Admissio postulatiõis an sit ex gratia.

QVARTA DECLARATIO, quę ad conclusionem. xix. melius accommodari potuit est, q; sicut ordinario currit semestre, ad cõferendũ, ita Legato, vnde si post ipsius Legati negligentiam, collatio fuerit deuoluta ad aliquem colatorem, qui non sit de prouincia, abinde non poterit conferre donec sit facta deuolutio ad Papã ita Card. sing. in cle. si de beneficio in. v. q. de præbẽ.

Semestre an currat legato

CIRCA HANC declarationẽ adde tria. Primo quod semestre nõ currit impedito, siue sit impedimentũ facti, siue iuris, vtpote suspẽsus est pręlatus, nisi esset in notabili negligentia, in petenda absolutione, & non currit quamdiu ad curiam proficiscitur ad petendam absolutionem, & quandiu in ea residet, probatur in ca. quia diuersitatem. de conces. prębend. Nam Archiepiscopus, de quo ibi, quia forte in beneficijs conferendis delinquebat, delictum eius fuit denunciatum Papę iuxta formam. cap̃. graue. de pręben. & propterea fuit suspensus, plus ibi dicit Io. An. quod non currit donec in domũ suam plene sit reuersus, & sarcinulas composuerit, a quo Io. An. dicto, quamuis recedat glosator Pragmaticę. in. §. item. circa clausulã

Impedito de iure vel de facto an currat semestre.

in verbo.præſentandum de col̃.tamen opinio Io.An.mihi videt̃ verior,pro qua primo facit in ar.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.in fi.ex qui.ca.maio.ff.pro qua videtur tex.recte ponderatus in dic.cap̄.quia diuerſitatem.in verbo.vel receſſit ab illa de conce.prę bē.Ad hoc etiam,quia dum ſtat in viā,q̃uis ſit abſolutus,tamen nō poteſt cōmode conferre triplici ratione.Prima,quia honeſtius eſt ar.l.in eccleſijs.de epi.& cle.C.quod prouideat indigenis quorum non habet copiam,item honeſtum eſt in iſtis habere conſilium capituli q; ſecum nō habet,itē in collō.ſunt examinandę perſonę,& ſi quid iudiciale occurret,non poſſet exerceri in dioceſi aliena,Ex quo ſequitur q; iſtud ſemeſtre eſt vtile,& quo ad initium,& quo ad ſui progreſſum,ſimile eſt de centum diebus trāſuerſalibus datis ad petēdam bonorum poſſeſſionē.in.le.ij.qui admi.C.ſic ecōtra tēpus petēdæ reſtitutionis eſt ſemper continuum.in.l.ſupuacuam,de tēpo.in integ.reſti.C.vbi glo.ordi.de tēpore vtili.& continuo,& glo. ſimiliter in cle.vnica.de reſti.integ.Decēdium datum ad appellandum eſt quantum ad initium ſui vtile,& in progreſſu cōtinuum,de quo not,in cap̄.concertandū.de appel.in.vj.& inquantū in dic.ca. quia diuerſitatem glo.parua.in verbo,a qua dicit Ho.quod Archiepiſcopus ille,de quo loquit̃ ille tex.erat ſuſpenſus ab offi.& iuriſditione,& ſic ſupponit vnum falſum,q; ſuſpenſus ab officio nō ſit ſuſpenſus,a iuriſditione nec poteſtate cōferendi,tu dic q; ab illa glo. cōmuniter recedūt ſcribētes,qui volūt quod ſuſpenſus ab officio ſit ſuſpenſus a iuriſditione,quia ea q̃ ſunt iuriſditionis ſunt annexa officio,ſic Anto.Pa.& Imo.in ca.quia diuerſitatem.glo,idē tenet.cap̄. cum dilectus.de conſuetud.vbi Io.An.Anto.& Panor.& Imola.& circa iſtud primū tu adde quinq;.Primo quod ſuſpenſus a pontificalibus poteſt conferre,quia nō eſt ſuſpēſus a iuriſditionib⁹,q̃ diſtāt ab his quę ſunt ordinis iuxta notata.in ca.tranſmiſſam.de electio. ſecus ſi eſſet ſuſpenſus ab ordine,quia ſcdm Panor.in dic.ca.cū dilectus.fingit̃ per quandā conſequentiā ſuſpenſus ab omnibus q̃ ſunt fundata ſuper ordine,vt a iuriſditionalibus.Secundo q; ſuſpenſus a beneficio ſolum,nō intelligitur ſuſpenſus ab officio vel iuriſditione tamen canonicus ſuſpenſus a ſuis beneficijs poteſt eligere,patet quoniam eligentes indignum ſunt iuxta cap̄.cum in cunctis.in fi. ſuſpenſi a beneficijs per triennium,& tamē eo pendente poſſunt illi penes quos remanet poteſtas eligēdi,eos ſecum admittere ad eligendum.in ca.cum vintonieñ.vbi glo.in verbo amiſerant q̃ eſt melior q̃ alia.Tertio ſuſpenſus ſimpliciter,aut ſuſpēſus ab officio & be

Semeſtre eſt vtile.

Tps vtile & cōtinuum.

Hic circa ſuſpenſos qnq;

neficio simul, aut ab officio solum, siue sit suspẽsio ab homine siue a canone priuatur durãte suspẽsione facultate exercendi iurisditionẽ spiritualem, & cõferendi & eligendi, nã ista sunt fundata super ordine ecclesiastico, sic Panormita. in dic. ca. cum dilectus. & ratio istorũ est secundum eum, quia suspensus videtur esse suspensus ab omni edificio, quod est supra fundamentũ. ar. ca. cũ Paulus. j. q. j. Item q̃tum ad vltimum de eo qui est suspensus ab officio, dic quod verbũ officio est multum latum. Et quicquid beneficiatus habet præter beneficium potest dici officium. Nec obstat si dicantur quod ad moniales spectat ius eligendi. ca. indemnitatibus. de ele. in. vj. Ius conferendi. ca. dilecta. de exce. præla. ca. dilecta. de maiori. & obedien. & tamẽ nullum habent ordinem. ca. noua. de penit. & remissi. Præterea benedictio abbatissę, nihil participat de ordie, licet abbatis benedictio sit. iuxta no. in cle. attendentes, in verbo bñdici. de regula. notãt scribentes. in cap. meminimus. de accusa. dic quod religio facit eas capaces, sicut in simili dicitur, de Laicis religiosis conuersis aut oblatis, qui gaudent priuilegio canonis, si quis suadente, vt in capitulo non dubiũ. de sentẽ. excõ. At in secularibus, potestas ecclesiastica est fundata super ordine. Quarto adde quod suspensus ab ingressu ecclesię, si in ea celebrat est irregularis. ca. is cui. de sententia excõ. in. vj. quod si vt ibi vult glo. extra. celebret secus est, vt sub aere, sub tentorio, aut in domo priuata, & glo. sequuntur ibi Ioã. An. Do. & Franc. spe. in titu. isto. §. iuxta, versi. quid si quis. & nota q; ad incurrendam irregularitatem ratiõe celebrationis factę in ecclesia nõ requirit q; ipsa ecclesia sit consecrata, vt post Cal. tenet Fran. in ca. is cui. allega. nã ecclesia nõ consecrata polluta est, reconcilianda saltem aqua exorcizata, ne in ea diuinæ vocis organa suspendãtur. in ca. fi. de consecra. eccle. vel alta, & adde, quia hic de recõciliatiõe ecclię agit, Qđ ecclesia est recõsecrãda in tribus casibus. Primo quãdo est dubiũ an aliquãdo fuerit, sicut solet fieri quando dubitat de baptismo. in ca. ij. de baptismo. Secũdo cũ parietes eccliæ sunt combusti, quia cum consecratio seu delinitio exterior fiat in ipsis parietibus, eis itaq; cõbustis sequitur violatio. Tertio quando corruerũt parietes ex toto subita ruina, idem si successiue, esto q; reficiãtur, nã licet nauis & ecclesia refecta per partes censetur esse eadem, ar. l. qđ in rerum natura. de lega. primo. Tamen hoc est quantum ad fictionem, sed in istis spiritualibus consyderatur veritas Panor. notat i ca. proposuisti. de consecra. ecclesia. vel alta. Quinto adde, quod suspẽsio maior inducit ordinũ suspensionem, inde celebrando post eam

Eccl'ia qñ sit reconsecrãda

incursam contrahitur irregularitas, sed minor solũ suspendit a ptiscipatione sacramentorum. Inde attẽtando deputata ordini est peccatũ, sed non incurrit irregularitas.no.Panor.si celebrat de clerico. excõ. ministrante.de multiplici suspensione.glo.ordinaria.in verbo.suspensi.in cle.Cupiditates.de pœnis.

Semestre currit a die noticię.

SECVNDO PRINCIPALITER, huic quartę declarationi adde ꝙ, Semestre datum ad conferẽdum, non currit nisi a die noticiæ vacationis. Est tamen pręsumptio contra differentem tex. pulcher. in cap̃. vt nr̃m. §. porro. vt ecclesiastica beneficia. ꝙ est quando beneficium vacat de iure & de facto, quia nemo est in possessione, saltẽ colorata, tunc presumitur noticia vacationis. Et post Io.an.in cap̃. ex parte astensis.de conce.prębende. Dic ꝙ in pręsumenda scientia vel ignorantia vacationis, debemus considerare qualitatem beneficij. Nam citius presumitur scientia in magno/q̃ in paruo, in curato q̃ simplici. Item est cõsyderandus modus vacationis & distantia loci, de quo vide ꝙ notatur. in Cle. vnica. in fi. de conce. prebendæ.

In institutiõe de p̃ntato nõ est ad p̃fixũ tẽpus

TERTIO PRINCIPALITER HVIC QVARTE declarationi adde, ꝙ Semestre datum collatoribus non procedit in habente instituere pręsentatum per patronum. Ita Anto.Panor.& Imo. in cap̃. secundo.de pręben. quia ille tex. loquitur in habente conferre. Nam licet de iure communi, ad Episcopum ptineat collatio beneficiorum pleno iure, & illi sit pręfixum tempus ad conferendum scilicet semestrę, tamen q̃tum ad institutionem quę fit ad pręsentationem/non inuenitur limitatum tempus. Et ideo est in promptu, quia presentatio fit de persona iam electa & pręsentata, & nihil incumbit superiori facta aliqua inquisitione de idoneitate pręsentate personę, nisi ꝙ instituat eam. Aliud dicere durum esset, haberet patronus sex menses, & Episcopus alios sex, & sic esset vacatio per annum quę esset periculosa. Est tamen remedium ꝙ si Episcopus differat facere institutionem, quod ad superiorem recurratur qui prefiget tempus, quo elapso ad eum fiet deuolutio. Et in eo cui incũbit munus cõfirmationis cui nõ est a iure tempus idem dico. Ad hoc facit/quia quotiẽs ad exercitium alicuius actus nõ est p̃fixum certum tempus, remedium est p̃dictum. de quo Ho.& Io.an.in ca. Eccl'ia. le.ij.de electi. Idem Io.an.in.c.ex parte.de cõces.p̃ben.Panor.in.c. Postq̃.de elec. Idem in ca. Pastoralis.de excep. Et facit ꝙ notat glo. fi.de re iudi.in ca. Pastoralis.de electoribus imperij, quibus ad eligẽdũ non est a iure p̃fixũ tẽpus, ꝙ Papa eis p̃figere põt, quo elapso ad eũ fit deuolutio. de quo copiose supra cõcl.j.dictũ est. Et iuxta tex.

Cassata electiõe impatoris p Papã/an ad electores redeat ius eligendi

in.cap̄.venerabilē.de elec,& ea q̄ in.j.conclu.dixi. Electio facta ad Imperiū de indigno non confirmabit, nec ad electores qui pro ea vice priuati sunt, redibit ius eligendi, sed vt puto remanebit penes Papam.ar.eorum, quę habentur in cap̄.quāq̄.de elect.in.vj.vtpote ad quem pertinet ex causa ius destituendi Imperatorem, vt ea conclusione dixi, ita ius electionem confirmandi & infirmandi, & inde prouidendi, & hoc est multum equū.ar.cum ex iuncto.in fi· de hereticis.

¶CONCLVSIO VIGESIMASECVNDA.



I PAPA VEL LEGATVS EADem die conferunt idem beneficium, aut ordinarius, diuersis, nec apparet quæ collatio sit primo facta, potior est conditio possidentis qua possessiōe cessante maior prærogatiua præfertur, ista conclusio probat in ca.si a sede. de præben.in.vj. Et si obijciatur quod possessio in beneficialibus nihil est, verum est deficiente titulo. Sed iniuncta cum titulo, inducit prærogatiuam contra alium titulum concurrentem in tempore, etiam habentem prerogatiuam respectu ipsius. Et si obijciatur adhuc in beneficialibus possessio non tribuit ius.capitu. eum qui. de præbend.in sexto.dic esse verum quando est violenta, Et adde quod sicut in matrimonio carnali oportet agentem possessorio recipiendę ad consequendam restitutionem cōiugis docere de titulo saltem colorato.in cap̄.ex parte.capitulo ex transmissa.de resti.spo.cum simplex possessio personę nihil sit.ar.l.cum hęredes.de aqui. hęredi.ff.sic in beneficialibus in eodem possessorio idem esse debet.est glo.(quam vt dicunt doc.)obseruat totus mundus in cle. vnica.de cau.posses.a qua tamen Panormita. in capitulo. in literis. de resti.spo.forte studio contradicēdi recedit.

Ex collatiōibus eadē die factis q̄ sit potior.

HAEC CONCLVSIO RECIPIT SEPTEM declarationes Prima declaratio, vt sufficiat possessionē semel p̄cessisse, licet tēpore quo agitur non subsit, hoc est si prouisus a Papa, vel Legato semel appræhenderit possessionem prius, & postea ab ea ceciderit, tamen ordinario concurrenti cum eo, qui de præsenti possidet, forte erit præferendus.sic tenent Domi. & Franc. reprobato Lap.ibi. quia ex quo possessio validat ius illius, qui primo adeptus est illam

De possessione semel apprehensa.

de necessitate sequitur extinctio iuris alterius, cum duo insimul nõ possint habere idem beneficium. capitu. cum non ignores. de prębend. vnde licet alius acquirat postea possessionem beneficij nõ reconualescit ius extinctum. ar. ca. quam periculosum. vij. questione prima. l. quæ res. §. aream. de solu. de conse. di. ij. quęris.

SECVNDA DECLARATIO VT DECISIO illius tex. qui de collatione Papæ, Legati, vel Ordinarij loquitur in data concurrẽtibus, procedat etiam si Papa vni & Legatus alteri contulit, ita glo. prima ibi, quæ dicit idem esse, si idem beneficium vacans eadem die tribus sit collatum, vt si Papa vni, legatus alteri, Ordinarius tertio contulerit a qua glosa nullus scribentium ibi recedit.

TERTIA DECLARATIO, vt decisio illius tex. si a sede. non procedat quando episcopus vni, & vicarius alteri eadem die contulit, quia collatio valet. quæ ab ordinario facta est, non quę a vicario. nam collatio ordinarij est ablatiua potestatis vicarij, vnde possessio per collatarium vicarij obtenta nihil proficit, quia est obtenta in vim collationis vicarij amplius potestatem non habentis, istud post Gasp. de Cal. concilio septimo, titulo de præbẽ. & Ioan. mo. in capitu. penultimo. de rescrip. in sexto. Tenent Domi. & Francus in dicto capitulo si a sede. Quod vero potior sit collatio ordiarij, patet ex fi. illius decre. si a sede, quia manauit ab ordinario habente maiorem prærogatiuam, maior est enim potestas ordinarij quam vicarij. ar. ca. dudum. §. nos vero. de prębend. in sexto. Et vt Io. mo. Archi. & Ioan. An. fons scaturiens maior est quam riuus inde procedens.

Ẽps qñ vni & ea die vicari⁹ aleri cõtulit.

SECVNDO facit, quia si episcopus potest vicarium in totum vel in partẽ reuocare, ergo fortius cõferẽdo, vicario adimere ptãtem cõferendi, facit in simili de domino tractante cãm in propria, in qua dederat procuratorem. ca. si quem. de procu. in. vj. Et recte procedit argumentum, nam fortior est potestas procuratoris, quam vicarij, procurator enim post litem contestatam non reuocatur indistincte. in. l. post litem. de procu. ff. in. l. exigendi. C. eodem. Item mandatum procuratoris interdum morte non reuocatur, vt in casibus relatis a modernis, maxime a Do. Iasone. in. l. eius qui ĩ prouincia in. §. primo. si certum peta. ff. sed vicarius reuocatur quandocunque & morte expirat eius potestas. Io. An. in capitulo clericos. de offic. vicarij. Si ergo potestas vicarij facilius reuocatur quam procuratoris, & per exercitium actus quem fecit dominus reuocetur procuratoris potestas, fortius vicarij, præterea ille qui causam delegauit, co

gnoſcendo de illa, reuocat poteſtatem delegati. Io. An. in capitulo intimaſti. de appel. Archi. in capitulo. quamuis. de officio dele. in ſexto. Facit in ſimili de Papa qui de cauſa cognoſcendo, vel alteri beneficium conferendo, videtur alijs poteſtatem ademiſſe. capitu. vt noſtrum. de appel. ca eccleſia. le. ij. vt lite pendente. capitu. cum Martinus. de conſti. Sed tu aduerte quod Francus ab iſto dicto recedit, tunc enim potior eſſe debet collatio Epiſcopi, quãdo de prioritate apparet, quia quo ad illud, vt prędicta argumenta concludũt videtur vicario poteſtatem ademiſſe, & vbi eſt concurſus, cæteris paribus præfertur collatio Epiſcopi, ſed potior debet eſſe titulus vicarij, quando eius collatarius prius poſſeſſionem nactus eſt in terminis noſtris, vbi eſt concurſus collationum tam collatoris, quam vicarij. Sed opinio præcedẽs quæ eſt communis videtur mihi verior eſt etiam magis communis.

QVARTA DECLARATIO, vt decre. ſi a ſede. non procedat quando idem beneficium eſſet ab eodem collatore collatum duobus, nã illa decre. ſi a ſede. procedit quando a diuerſis collatoribus fit collatio diuerſis, in quo poteſt dari concurſus collatorum eodẽ momento temporis, ſecus in pluribus collationibus ab eodem factis, vbi eſt impoſſibile dare concurſum, nam ſi idem collator dicat, confero Titio & Petro. Si intelligit idem beneficium conferre duobus non valet collatio. ar. capitu. cum non ignores. de prębend. Si intendit ſolum vni conferre, ille qui eſt primo nominatus eſt potior. ar. capituli mandato. de prębend. Ergo poſſeſſio ſecundi, cuius titulus eſt nullus, non poteſt operari. Qđ qui prior eſt nominatus perdat prioritatem ſuam. Et dicta decre. ſi a ſede. procedit quãdo de prioritate non conſtat. Nec eſt quod tu dicas iſtum caſum eſſe deciſum per decre. pe. de reſcriptis. in ſexto. Quia ille textus loquitur de prouiſione fienda, nos de facta, vnde Ioã. An. in dicta decre. ſi a ſede dicebat, aut incertitudinem illam viciare, vel impedire collationem. ar. l. ſi fuerit. de re. dub. ff. in. l. duo ſunt Titij. de teſta. tute. ff. in capitulo ſecundo, de ele. in ſexto. Aut ad ſuperiorem recurrendum, qui curioſe & ſubtiliter interrogatus id declaret. & duos ſimiles caſus vide notatos per Hoſtieñ. in capitulo. ex tenore. in prima glo. circa medium de reſcriptis. & in capitulo. abbatem. eo. titulo. & Io. de Imo. illud dictum recipit quando neuter habentium collationẽ ab ordinario poſſideret, ſed ſi alter poſſideret agẽs ſuccũberet in dubio, Dominicus recipit iſtud qñ nõ poſſidẽs ageret cõtra

De bñficio ab eodẽ collatore collato duobus,

possidentem, vt actor succumbat, quia possessio rei reddit dubium ius actoris, & sic non clare probat intentum, vnde debet succumbere ca. in p̄sentia. de proba. Sed q̄tum ad iustificationem tituli nō sufficit sola pręuentio possessionis, cum sola possessio non tribuat titulum in beneficialibus. Putat tamen Francus & forte non male, ꝙ in eodem beneficio collato duobus vbi de prioritate non constat, qđ possessio primo apprehēsa coadiuuaret titulum cum hoc casu (sicut in collationibus factis a diuersis) faciat pręsumi collationem p̄cessisse, & vtrobiq; est eadem ratio.

Collator q̄n vni cōtulit & ea die facta ē reseruatio.

QVINTA DECLARATIO, vt decisio decre. si a sede. non procedat, quando Papa aut Legatus vni beneficium reseruauit, & ordinarius eadem die alteri contulit, & de prioritate aut posterioritate reseruationis & collationis nō apparet, tunc potior est ordinarij collatio, ex quo p aduersarium nihil in contrarium clare probatur. Ita tenet Io. an. dicto ca. si a sede. & sequitur Paul⁹. Sed tu caue ꝙ Lap. ab. ibi tenet contra. Siue secundum eum reseruatio sit facta motu ꝓprio. ca. si pluribus. de prębend. in. vj. Siue sit generalis quæ habet vim constitutionis, siue specialis, siue proprio motu. Nam reseruatio Papalis & collatio equiparantur. ca. si beneficia. de prębēd. in. vj. Et pro dicto Lap. facit, quia ordinarius potest libere conferre, nisi probetur Papam pręuenisse. Ego vero sequor dictum p̄cedens Io. an. quod Imo. dicit ibi esse tutius, pro qua facit glo in cle. si. in verbo creatum. de rescrip. In quæstione illa de beneficio creato ea die qua data fuit expectatiua, nam propter tex. ibi, expectatiua nō extenditur ad illud beneficium. Item illius ca. si a sede. decisio cum sit exorbitans nō debet extendi, vt in regula ea q̄ de regulis iur. in. vj. Et dictum ca. si beneficia. procedit quando de prioritate constat. Dictum Lap. secundum Domi. saluari posset quando reseruatio esset facta cum decreto. Quia tūc idem operatur ꝙ collatio Papæ quo ad tollendam potestatem ab ordinario. ca. si eo tempore. de ele. in vj. ca. si postq̄. de prębend. e. titulo. Sed si collatio Papæ concurrens cum collatione ordinarij sine possessione eandem ordinariam inualidat. in ca. si a sede. ergo reseruatio Papæ quæ est cum decreto, & habet vim collationis idē faciet. Et mō verū erit ꝙ Io. an. dicebat ꝙ probando talem reseruationem cum decreto, probat tale quid quod impedit collationem ordinarij. Facit his ꝙ notat Inno. in ca. Præterea requisisti. de appella. vbi dicit ꝙ quando eodem momento concurrunt sententia excommunicationis, & act⁹ illi contrarius, quod excommunicatio tanquam maioris potentię, & gladius pe-

netrabilior intelligitur prçcessisse. Sic in proposito, dum eodem momento concurrunt collatio ordinarij, & reseruatio affectiua manũ ordinarij illa reseruatio tanquam affectiua manum ordinarij intelligitnr prçcessisse.
SEXTA DECLARATIO, ꝙ decisio illius tex. non procedat in casu qui sequitur, videlicet quod si qua die impetrauit aliquis vt reciperetur in Canonicum in aliqua ecclesia, ea die Capitulum impetrauit indulgentiam, quod ad nullius receptionem teneatur per literas Apostolicas non facientes mentionem de indulto, quod talis indulgentia non nocet impetranti, quamuis de prioritate ipsius non constet, sic Archidia. Io.an. Domi. & Francus ibi. Moti, quia ille impetrans nõ potest dici vltimus. l. cum hic status. §. si mulier. al's si ambo. de do. inter virum & vxo. l. qui duos impuberes. in primo respõso & §. cum in bello. de rebus dubijs. ff. Item, sic dicendo vtrũ ꝗ valet, impetratio & indultum. Et ea debet fieri interpretatio, vt res potius valeat quam pereat. ca. Abbate. de verbo. sig. Item impetrans est actor. & capitulum excipit. de indulgentia prçcedente. Debet ergo capitulum necessario probare illam. ar. l. in exceptionibus. de proba. ff. facit quod notat Glos. in dicta Cle. literas in verbo creatum. in fine. Fatetur tamen Io.an. in dicto cap̃. si a sede. ꝙ hæc quæstio sit hodie parum vtilis, secundum stilum quem hodie dat curia omnibus impetrantibus. Cum huiusmodi prouisiones ex eodem stillo habeant clausulas per quas tolluntur indulgentiæ, quas constat prçcessisse, ergo fortius tolluntur ille de quibus non constat, procedit ergo quæstio vbi tales clausulç non essent.

De capl'o ipetrãte indulgẽtiã qua die aliqs ꝓuidet̃ i curia.

CIRCA HANC DECLARATIONEM OCCVRRIT DVbium. Quando in ecclesia est certus numerus Canonicorum iuramento firmatus, An si aliquis supernumerarius forte ad mandatũ Legati recipiatur, vtrum valeat receptio. Archi. in dicto capitulo. si a sede. aperte tenet quod non. Motus, quia in decre. dilecto. de prçben. pauloante finem ista çquiparantur statutum iuratum, & confirmatio Papalis. Sicut ergo non valet quando est confirmatio, sic quando statutum est iuratum. Et fortius, quia statutum confirmatum solum a Papa suscipit auctoritatem, qui est purus homo, licet vicarius dei in terris. Statutum vero iuratum confirmat Deus, cui plus est obediendum quam homini. Iulianus. xj. quçst. tertia. & ca. Qui resistit. viij. distin. quæ contra. Ego autem lego Io.an. in dicto capitulo. Dilecto. & eundem in spe. isto titulo. §. nunc tractemus. in versi. Si Legatus. vbi videtur concludere quod valeat receptio, li-

Quçst:o de canonico sup̱ numerario.

cet recipientes incurrant periurium. Nam regulariter actus factus contra iuramentum tenet, licet contrauenientes sint periuri. quod ipse Io.an.in alio casu disputat in Mercu.quod semel.de regulis iu. Et facit capitulum.sicut.de sponsa.vbi Matrimonium contractum contra prestitum iuramentum tenet. Et si obijciatur, si Canonici recipiant aliquem contra statutum iuratum, sunt piuri, ergo sunt infames, & sic actus receptionis p eos factus non tenet. Dic quod non incurrunt periurium in actu receptionis, sed solum post actum receptionis consummatum. Sed tu aduerte quod Io.an.si recte consyderetur in locis allegatis, videtur tria requirere. Primo, quia forte suberat causa augendi numerum, eo quod excreuissent facultates ecclesiæ, & ecclesia pateretur defectum in ministris.de quo in capi. Cum Mar.de consti. Secundo, quod contraueniant collegialiter. Tertio, quod is qui reciditur contra statutum iuratum, non sit is qui hoc procurauerit. Nam licet dans causam periurio, debeat repelli tanquam periurus.xxij.quest, v.cap̄.primo & secundo.& collatio ista facta tali, & taliter recepta debeat esse nulla, vel saltem sit annullanda.de exces, prœla.inter dilectos. Sed tu aduerte quod ipse Io. an.in capitulo primo.de his quæ fiunt a maiori parte capituli, vult absolute quod iuramentum quo singulares de collegio vel corpore iurant cōstitutiones, vel statuta, non impedit quominus illa collegialiter per illos ad quos pertinet, tolli possint. Arctant enim iuramenta singulares ad seruanda statuta quamdiu subsistunt, & sic seruat totus orbis, al's omnes studentes essent periuri, qui iurant seruare statuta vniuersitatis, quæ postea correcta vel sublata non seruant Idem est in rectoribus & officialibus locorum, propter hec dicta Io. an.quæ videntur esse pugnantia. Et similiter propter dicta Paul.& Io.de Lig.in Cle.prima.de priuileg.Panor.in hac materia quæ sibi semper visa est difficilis.dicit in dicto cap̄.Dilecto. pro concordia quod singulares de collegio quando iurant singulariter seruare statuta. Ita quod habito respectu ad formam & substantiam iuramenti, ligat eos singulariter iuramentum, tamē sublato statuto collegialiter, nullum incurrunt periurium contraueniendo. Sic intelligitur dictum Io.an.in dicto.capitulo primo.dat exemplum, Statutum est quod nullus det vocem, nisi sit in matricula, iurant singuli seruare statutum, hoc casu iuramentum concernit obseruantiam singulorum, ideo si collegium deliberat tollere statutum, non peccant singuli post modum contrauenientes. Sed si iuramentum stringeret eos ad obseruantiam collegialiter, haberet locum prima opinio

Io.an.vt ſine metu periurij poſtea collegialiter etiam non poſſent contrrauenire ſine cauſa. Exemplum in quæſtione noſtra, quia canonici iurando non recipere aliquem vltra numerum vel ſtatutum iuratum, videntur etiam habuiſſe reſpectum, vt collegialiter non recipiant. Nam ſingulares non poſſunt eligere nec recipere. Et ad contrarium quod erat Archi. de illa decre. Dilecto. vbi confirmatio cum clauſula Decreti irritantis, & iuramentum ęquiparantur. Reſpondet Panormita. dupliciter. Primo, quod ibi eſt allegatio partis, ideo non continet ius. Secundo, quod ibi non dicitur quod non teneat receptio. Sed quod Canonici non poſſunt aliquem recipere, quia id dicimur poſſe, quod honeſte poſſumus. l. Si filius. de condi. inſti. ff. ca. faciat. xxij. quęſt. ſecunda. Addit Panormita. ibi, quod iuramentum quod ſingulares de capitulo prębstiterunt in fauorem collegij, ipſi ſingulares remittere poſſunt. capitu. ſecundo. de ſponſa. Quod ſi concernat vtilitatem ſingulorum ſecus, quia non poſſunt ſeipſos abſoluere.

ADDE QVOD de his gratijs expectatiuis quæ concurrunt in data, datis ab eodem vt Papa recurrendum eſt. ad capitu. Si duobus. de reſcrip. in ſexto. Quo deciditur vt primo ſit potior is cui eſt collatus Canonicatus, licet ſecundus impetrans prius ſit in Canonicum receptus. Et vbi vterq; eſt creatus Canonicus vel neuter, potior eſt qui primo pręſentauit literas, facit in ſimili de literis iuſticiæ, quod habetur in capitulo. Vt debitus. de appella. Quæ literæ gratiæ ſi concurrant in pręſentando locus eſt gratificationi Canonicorum. ſicut in ſimili habetur in. l. in naue. in fi. loca. ff. in. l. ſi quis. in graui. §. Cum omnes. ad ſill. ff. capitu. Cum autem. de iure patro. p quæ iura. Gloſ. Pragmaticæ. in. §. Item quod. in verbo. non teneantur. de collationibus, vult quod ex nominatis eodem anno ab vniuerſitatibus locus ſit gratificationi collatoris, nec habetur reſpectus a qua vniuerſitate, An ſit antiquior dignitate, vel inſtitutione, vt ſi ſit Pariſieñ. Et ſubijcit, quod inter nominatos diuerſorum annorum, prius nominatus eſt pręferendus poſterius nominatis, etiam ſi illi poſteriores pręuenerint in inſinuatione, & in acceptando. ad hoc ca. ei qui. de præbend. in. vj. ca. tibi qui. de reſcrip. in. vj.

De nominatis diuerſorũ annorum.

ADDE HIS, QVOD SI EX DVOBVS IN IMPEtratione gratiarum concurrentibus Capitulum vni gratificauit, alius excluditur, niſi ex tenore gratiæ. aliud appareat expreſſe, forte ſicut dicit Gloſa antepenul. in dicto capitulo. Duobus. erat in reſcripto illa clauſula, niſi pro alio ſcripſerimus, qui huiuſmodi

gratiam.&c.vel illa clausula non obstante,si per nos fuerit ecclesia vestra grauata vel similis,& ex illo tex.propter verbum expresse, in finalibus verbis ibi positum reprobatur,vt vult eodem loco glo. antepenultima. opinio Goffri.i summa.ti.de rescrip.Inno.& Com poste.in capitulo mandatum.eodē titulo,quę est quod ecclesia primo grauata in receptione vnius,non teneat̃ alium recipere, nisi in literis contineatur nisi pro alio,&c.Approbatur autem opinio Ber. in dicto cap̄.mandatum,qđ ecclesia sic in receptiōe primi grauata non tenetur recipere secūdum,quia prędicta clausula,nisi pro alio. &c.semper in literis intelligitur,quod est verum,nisi in ipsis literis vt est dictum,expresse diceretur non obstante si pro alio.&c.Quam opinionem approbat stilus curiæ,& finis illius decre.duobus

Qualiter probet̃ prioritas collationis,

SEPTIMA DECLARATIO, quod quādo collationes vel impetrationes concurrunt in data,qualiter possit probari prioritas,tu vide glo.in dicto cap̄.duobus,quæ tria concludit.Primo hoc probari ex tenore ipsius literę,puta quia in vna prouisione dicitur datum tali die post tertiam,in secunda post vesperas,sed hæc forma nō est in vsu.Secundo potest hoc probari per testes,de quo si gratia possit probari per testes,vide quod notant scribētes in proœmio sexti ad finem.Tertio hoc potest probari ex confessiōe aduersarij,& est vna solennis limitatio ad id quod dici solet, quod confessio aduersarij nihil operatur ad titulum beneficij,de quo not.ĩ capitulo vnico de eo qui mittitur in possessio.in.sexto. quia hoc est verum dum quis vellet sibi ex toto causare titulum ex cōfessione aduersarij.Sed potest vt in proposito confessio aduersarij adduci,ad coadiuuandum titulum,quod secundum Domi.est summe notandum, nec potest facile similis glosa inueniri. Et inquantum glo.in dicto capitulo si duobus.tractat de duobus testamentis eadem die factis,vbi diuersi sunt heredes instituti,vide quod glosa.notat in.l.edicto.de edic. di.Adri.tollen. C. Quod Bart.in.l.j.§.si quis duobus.de bo.po.secundum tab.Et adde quando eadem die vacant per mortem eiusdem duo beneficia,quorum alterum debetur nominato,debet esse in facultate collatoris nominato conferre quod vult forte si velit deterius,quia vniuersitates concedunt nominatiōes ad postulationē. ar.capitu. si pluribus.secundo r̃nso, de præben.in.vj.Ita tenet glo. in.§.Item quod ad dictas duas.in verbo,nominatoꝝ.de collōnib⁹. & eodem loco vult,ꝙ ex duobus vacātibus in collatiōe eiusdē,quorū vt dixi alterum est debitum nominato,collator si contulerit oīa quod solum retractetur collatio vltimi,erat enim collator adstrict⁹

Titul⁹ bñficij an ꝓbet̃ ex cōfessione aduersarij.

De duob⁹ bñficijs eadem die vacātib⁹, quoꝝ alterū debet̃ noīato

ad vnum dimittendum, poterit ergo dimittere quod volebat, inde facta collatione de duobus iure ordinario, vltimo collatum remansit conferẽdum nominato cum primum fuerit canonice collatum. pro quo vide ꝙ post compostel. in ca. capitulum. in glo. magna. in. §. Item quid si executor. tenet Archi. in ca. mandato. de p̄ben. in. vj. & post eum, Domini. & Franc. ad hoc facit. l. si Legatario. §. a'duob⁹. de fideicõ. liber. ff. l. qui concubinã. §. fi. de lega. iij. faciunt iura notata p glo. in dicto cap̄. Si pluribus. Putat etiam idem Glosator, ꝙ si eadẽ die beneficia duo vacantia, quorum alterum debetur nominato cõtulerit, ꝙ ꝓpter incertitudinem collatio' omnium retractetur. Nec est ratio maior, ꝙ vnius potius retractet̃ collatio q̃ alterius, sed hoc mihi videtur dubitabile, & iura per eum allegata, videlicet. l. si fuerit. de re dub. ff. l. duo sunt Titij. de testa. tutel. ff. c. scd̃m. de electi. in vj. loquuntur de incertitudine quę non potest certificari. & Io. an. p eum allegatus. in dicto cap̄. si a sede. de quo supra declaratiõe quinta loquitur de beneficio eodem ab eodem collato diuersis, ac vt de mente collatoris appareat ad eum recurrere, vt in eadem declaratione dictum est. Sic poterit in ꝓposito declarare collator quod velit esse debitum nominato, cuius est optio. ar. cap̄. si pluribus. in scd̄o respon. de p̄bend. in. vj.

CONCLVSIO. XXIII.



EGATVS A LATERE POTEST conferre beneficium quod est in pręsentatione patroni ecclesiastici, probatur hæc conclusio in capitulo. Cum dilectus. vbi Panormi. in secundo notabili. de iure patro. Qui textus loquitur de Ecclesia de Berouilla, quę erat in præsentatione Archidiaconi Carnotensis, ratiõe Archidiaconatus sui, quam Legatus de quo ibi, potuit et reseruare & conferre. Item probat textus i capitulo. Dilectus. isto titulo. ex quo textu inquantum dicit, ꝙ plus iuris habet in collatione p̄latus q̃ in p̄sentatiõe patronus. nota duo. PRIMO, ꝙ cum comparatiuum notet excessum positiui in. l. vbi autem non apparet. de verbo. obli. ff. Tunc sequitur ꝙ ex pręsenta-

Legat⁹ a latere cõfert bñficium p̄roni ecc'iastici

Qũo ĩtelligatur illd̄ pl⁹ iuris hẽt p̄lat⁹ ĩ collatiõe / q̃ patron⁹ ĩ p̄sẽtatione.

tione acquiritur aliquod ius, licet non ita pingue sicut per collatio-nem. quod ibi tenet Inno. licet is contra teneat. in capitu. q; sicut de elec. Secundo, in eisdem verbis plus iuris &c. in quibus explicandis Host. Io. an. Anto. Panor. Imol. & Barb. ibi, multum laborant, dic capiendo mentem ipsorum doctorum, illa verba habere duplicem sensum seu intellectum, primus post Glo. ibi, secundum quem illa verba referuntur ad idem beneficium. Secundus secūdum doc. vt referantur ad diuersa beneficia. Secundum intellectum primum est sensus q; plenius ius tribuit collator dum confert beneficium, q̃ patronus dum ad illud pręsentat. Apparet istud quatuor modis. Primo, per negligentiam patroni qui non pręsentat infra tempora iuris, fit deuolutio ad prelatum. capitu. Cum propter. & ca. Quoniā. de iure Patrona. Sed ex præsentatione non tribuitur ius in beneficio, nisi accedat institutio. Secundo, ex pręsentatione facta per laicum non impeditur is variare, & alium accumulatiue p̄sentare. & is secundo loco pręsentatus si instituatur obtinebit. Et sic primus nullum ius fuit consecutus per pręsentationem cap̄. Pastoralis. de iure patronatus. Et si sit ecclesiasticus qui p̄sentauit, adhuc Prelatus instituens plenius ius tribuit. Nam per pręsentationem solum tribuitur ius ad rem, per collationem seu institutionem ius in re, ex hijs quæ leguntur. Et notātur in ca. penultimo. & fi. de preben. in. vj. in ca. fi. de conce. prębend. eodē titulo. Tertio, cum firmius sit ius commune q̃ priuilegium. §. quia vero. de non ali. col. ij. Sed ius conferēdi competens prelato est de iure communi. cap̄. cum ex iuncto. de hereti. in fi. Et ius patronatus est ex gratia. ca. tertio. vbi Panormi. de iure Patronatus. Quarto, ius prelati est superius. Nam Prelatus qui facit institutiōem tituli collatiuam, est superior patrono, qui p̄sentat personā approbandā. Circa intellectum secundū in illis verbis plus iuris &c. Dic q; Prelatus post collationē nō potest retrocedere. ca. si tibi absenti. de prebēd. in. vj. at Patronus sic, saltem laic[9]. Item collatio habet vim electionis & confirmationis. At pręsentatio solum vim electionis. Sed tu aduerte q; Patronus non releuatur si infra tempus a iure concessum solum eligit pręsentandum. Nam debet realiter pręsentare, & eius pręsentatio debet pulsare aures collatoris. Tēpus enim nō est p̄fixum ad nudam electionē, sed ad p̄sentationē Epo faciēdam. ad hoc. c. vnicū. e. ti. in. vj. Interuenit tñ q̃dā electio improprie dicta, quia Patronus primo in mente eligit, vel etiam simplici verbo, vt electum pręsentet Episcopo, nō enim posset presentare, nisi primo pręelegerit. Sed tamen non est ꝓprie ele-

P̄ñtatio debet pulsare aures collatoris

ctio,de qua iura canonica disponunt,inde p eum non transfert ius spirituaale in electum,sed est quodam initium ad obtinēdam institutionem.Ita Panor.in cap̄.fi.de iure patro. Et per illum textum dicit idem Panor.doct.dare practicam in actu præsentationis. Non enim debet dicere patronus,p̄sento vobis clericum cui ecclesiam cōcessi,seu contuli,sed debet dicere,hunc clericum elegi vobis p̄sentandum,& sic p̄sento eū,& peto eum p vos institui.

Practica in actu p̄sentationis.

HAEC CONCLVSIO recipit.iiij.declaratiōes cū duab⁹ q̄onib⁹.

Quatuor declarationes vni⁹ cōclusionis cū duab⁹ q̄stionibus

PRIMA DECLARATIO,q̄ pōt Legatus cōferre bn̄ficium laici ptinens ad laicos religiose viuētes,& portātes habitū eccl'iasticū,& gaudētes priuilegio fori.Et faciūt in argumentum ea quę notant̄ p dn̄os de Ro.in Anti.cccxxxij.in quibus cōcludunt q̄ de bn̄ficio patronali Beguinarū q̄ sunt seculares,sed religiose viuētes & vtētes habitu & priuilegio eccl'iastico,Papa ꝓuidet clerico aut p reseruationē aut p collationē,non facta mentiōe de tali iure,& valet sic ꝓuisio cū sit patronat⁹ eccl'iasticus.His adde Panor.in.c.causam.q̄ de p̄scrip. vbi vult q̄ religiosi cōuersi nō dicunt̄ puri laici,sed pn̄t tractare spiritualia,quia sunt ex illo gn̄e christianoꝝ qui sunt mancipati orōni & contēplationi.Duo sunt gn̄a.xij.q.j.q̄ meo iudicio ꝓcedit,qn̄ patronatus ad tales laicos religiosos ptinet collegialiter vt vniuersos, secus si vt singulos,Adde q̄ Fely.in tractatu intitulato,qn̄ literæ ap̄l'icæ patronis noceāt.in.iiij.limitatione subijcit duo.Primo,q̄ p̄missa extēduntur ad fratres de tertio ordine sancti Frācisci,in quibus cōcurrunt omnes rationes,de quib⁹ in dicta Rota de Beguinis dicit̄.Et q̄ etiā gaudent priuilegio fori,& sunt psonę religiosę. De his Panor.& idē Fely.in ca.ij.de foro cōpe.habetur in extrauag.Nico.tertii incipiēte supra montem.Et in extrauag.Sixti quarti incip. Sacrosancta.Et refert idē Fely.q̄ Card.dicat in ca.si diligēti.de foro compe.q̄ dū esset vicarius Florētiæ,ita ꝓnunciauit.Scd̄o,infert idē Fely.istud nō extēdi ad fratres disciplinatos,quia esto q̄ faciāt collegium,tn̄ sunt puri laici,nec gaudēt priuilegio canonis,nec fori. Adijcit idem Fely.in dicta limitatione idem esse de operariis & p̄fectis fabricæ Ecclesiæ,vt multi sunt secundum eum in Thuscia, quibus iure officij competit prępsentatio,& censetur laicalis,ex quo in eis non concurrunt prædictę qualitates.Vniuersitas autem Scholasticorum in qua sunt aliqui Clerici,An' propter mixturam clericorum,quia magis dignum &c.)censeatur esse Ecclesiastica.Vide Bar.in.l.fi.de Colleg.illicitis.ff.post eum Imola.& Fely.in ca.ex literis.de consti.

Bn̄ficiū patroni laici religiose viuētis pōt cōferre legatus

Legat⁹ cōfert qñ ius prona le oli fuit laicale hodie ē eccl'iasticū.

SECVNDA DECLRATIO, quod Legatus poſſit conferre, vt prius, ſi ius patronatus olim fuerit Laicale, hodie eccleſiaſticum ſe cundum Marianum in repetitione.cap̄.de monachis.de præbend. dicentem ſe ita reſpondiſſe, ac poſt eum & Domi.in.c.ij.de prębē.i vj.Sequitur Feli.in dic.trac.in.vj.limitatione.

Legatus bñfi ciū q̄ eſt in p̄ ſentatiōe clerici & laici ſimul nō cōfert

TERTIA DECLARATIO eſt, quod Legatus beneficiū quod eſt in præſentatione clerici & Laici ſimul non poteſt conferre. Et q̃uis Gaſpar.de Calde.dicat al's ſe conſuluiſſe contrarium, vt potius attendatur cauſa permittens, q̃ prohibens, tamen refert ipſe contrarium fuiſſe deciſum, & hæc opinio eſt verior, quia non debet priuari patro.Laicus propter mixturam clerici.ar.cap̄.ſacris.de ſepul. ad ad hoc in ar.cap̄.vnicū.de iure patro.in.vj.ad hoc.l.ſi communem quē ſerui.amittat.ff.vbi maior retinet ſeruitutem ex perſona minoris, ſic poſt Frede.tenent Panor.Imol.& Barb.in ca.dilectus.i.to titulo.Panor.in ca.ſi.de iure patro.quamuis aliqui dicant iſtud nō eſſe ſine dubitatione, ratione mixturę, cum componentia ſint diuerſę naturę, & dubitatur de compoſito ſeu mixto, cuius naturę debeat cenſeri, ſed pro opinione præcedente quæ eſt verior, facit quia inhabilis coniunctus cum habili conſequitur illud quod per ſe ſolum cōſequi non poſſet.l.ſi quis duos.de libe.leg.ff.Facit in ar.tex.in cap̄. Ioānes.de teſta, vbi ſi cleric⁹ & laic⁹ deputanť ſimul executores, cōpelluntur per iudicem eccleſiaſticum, & Laicus per cōiunctionem clerici attrahitur ad forum eccleſiæ, facit q̄ notat Panor.i ca.j.in.ij. col.de pręſcriptionibus, vbi dicit q̄ vacante ſede in re communi.& prælato.& ca.non currit pręſcriptio, ſicut eſſet in re ad ſolum prælatum pertinēte, facit quod in cauſa cōi clerico & Laico appellať ad ſuperiorem clerici non Laici, & illa tractabitur coram iudice eccleſiaſtico.faict quod notat Bar.in.l.j.§.ſi quid in appellatione. ff. de appel. Idem Bar.in.l.præcipimus.§.eodem obſeruando.C.eo. Ad idē Cle.religioſus de procura.de religioſo, qui poteſt eſſe procurator ꝓ conſorte eiuſdem litis, & in materia feudali portio vnius delinquentis conſeruatur illeſa propter non delinquentem, Bal.in ca.verum. de foro compe.idem in ca.imperialem.§.fi.de pace iura.fir.idem in ca, j.qui mo.feudum amittatur, & de duobus notarijs, quorū vnus eſt infamis, ſuſtinetur inſtrumentum propter alium qui eſt bonę famę, de quo Bal.in.l.Imperator.de ſta.homi.Ad hoc Barb.in dic.c. dilectus.ponderat pro ſingulari tex.de edē.ff.in.l.ſi quis.ex argentarijs.in.§.ſinautem.omnes ibi, qđ ſi vnus ex argentarijs eſt bonæ famę, & alij deprauatę opinionis, nec ob.ſi dicas, q̄ vbi clericus, &

Laicus simul coniunguntur debet potius esse in consyderatione persona clerici quam laici.ar.ca.per tuas.de arb.vbi in clericum & laicum de causa spirituali fit compromissum vbi in Laicum simpliciter non potuisset.c.cõtingit.e.ti.tu dic q̄ psona clerici debet attẽdi, & p̄domiari, quãdo ex hoc melioraret̄ cõditio eccl'ię vel eccl'iastici sic loqt̄ tex.i.c.vnico.alleg.al's qñ deterioraret̄ cõditio clerici erit secus, vt in casu nostro.nã in patronatu q competit clerico & laico simul si cõsyderas psonã clerici Legatus poterit cõferre, & erit deterior conditio clerici, quod si consyderas personã Laici non, ista est consyderatio Fely.in dic.tract.Ampl'.vj.Fatentur tamẽ omnes, q̄ Legatus posset vti iure clerici, & conferre ecclesiam de consensu solius laici, q̄ dicit Panor.in dic.ca.fi.esse notandum.

ET EX istis inferuntur duo. Primo q̄ cum nominatiões non extẽdantur, vt dictum est ad beneficia q̄ sunt in pręsentatione Patroni Laici, vt no.in.§.itẽ q̄ ad dictas duas partes.i verbo eccl'iastico, tũc glo.ibi tenet, q̄ nõ extendant̄ etiã ad bñficia q̄ sunt in p̄sentatione patroni clerici & Laici simul ad hoc faciũt ratiões pręmisse. Scđo infertur q̄ si inter clericũ & Laicũ sit cõtẽtio super ipso iure patronat⁹ q̄ pręsentatio debeat differre vsq; ad semestre. Panor.in ca. eam te. de iur̄.pro. Sępe em̃ cõsequit̄ quis ex pria alterius qđ ex sua conseq non posset.l.petẽdę de tẽpo.integ.resti.peten.C.inde in facto cõnexo non priuilegiatus restituitur propter minorem, aut ecclesiã, Inno.in ca.auditis.de in integ.resti.ad hoc.l.quod si minor.§. fi.ff. de minoribus.

Noĩatiões nõ hñt locũ i bñficio, patro. clerici & laici simul.

QVARTA DECLARATIO, vt non procedat conclusio nostra in patronatu qui competeret ex pręscriptione, vel consuetudine, quia talis patronatus censetur esse eccl'iasticus, & bñficium sic patronatũ Legat⁹ nõ posset cõferre, istud post Fred.tenẽt Anto.Panor. & Imo.in dic.c.dilectus. Idẽ tenet Card.in cle.j.q.vij.vt lite pẽdẽ. Idẽ in cle.per literas.in.iij.q.de p̄ben. Idẽ in concilio.lxxj. nã si populus videret se posse acquirere hoc ius p̄scriptiõe retraheret̄ a fundatiõe, vel dotatione, & satageret sibi acquirere sine aliqua cõtributione hoc ius, aut consuetudine, aut præscriptione, occurrunt circa hanc declaratiõem duæ quotidianæ, & occurrentes questiones. Prima si ius præsentandi possit acquiri præscriptione. Secunda si p̄scribens vniuersitatẽ bonorum præscripserit ius patronatus.

P̄ronatus ex cõsuetudine aut p̄scriptione inductus censet̄ eccl'iasticus.

CIRCA PRIMAM questionem, ego lego duas opiniones. Prima quod non possit Archi.in ca.hortamur.lxxj.post longum examen & prolixam disputationem ita tenuit, cõtra quem tamen Ar-

An ius pr̄onatus acquirat̄ prescriptiōe.

chid. fortiter insurgit Io. An. in regula quod alicui in mercuria, nec potuit, vt ipse Io. an. ibi in principio attestatur ab impugnāda opinione Archi. diuerti propter genitale solum, quia vterq; eorum Bononien̄. esset, refert quoq; eodē loco. Io. An. in finalib⁹ verbis, q̄ cū ipse esset Archidiacono familiaris & conciliarius, & is Archidiacon⁹ opinionem suā ptinacē defenderet, eam quoq; cancellarius eius factus Episcopus tanq̄ iuridicā approbaret, Io. An. clamante in contrarium, Archidiacon⁹ vniuersam ciuiū in hoc se ledi putantiū gratiā abdicauit, eiusdē tamē Archi. opinionē, tenuit Io. de montemurlo, ita refert Io. An. in dic. regula q̄ alicui, idē refert in ca. querelā. & vtroq; loco asserit Io. de deo. q. xxx. idē tenuisse, eandē opinionem sequit̄ Panor. in disputatiōe incip. Augerio, idē Panor. in ca. querelam. in. iiij. col. de electi. idē in ca. causam. que de præscrip. & pro ista opinione stringūt ratiōes ab Archi. in dicto cap̄, hortamur relate. & vltra ipsum facit, quia laicus non potest possidere, ergo nec præscribere ius spirituale, dic. ca. causam. ca. sacrosancta. messana. de elect. que vident̄ esse expressa, ergo nec ius patronat⁹, qđ est annexū spiritualitati, quia de annexis idē est iudicium. ca. quanto. de iudi. ca. translato. de consti. Sed huic opinioni vehementer obstāt tria, ad q̄ doct. non aduertunt. Primo, quia ius patronatus possidetur a laicis, si ergo est possissibile per eos, ergo prescriptibile, tu dic q̄ hæc possessio iuris patronatus concessa laicis fuit ex gratia, & quadā tolerātia, vnde non debet hoc extra causam fundationis, vel edificatiōis aut dotationis extensionem recipere, & in exorbitantibus q̄ specialiter & limitate sunt concessa, nō debet extensio fieri, & de spectantibus ad clericos hoc solum possunt laici, qđ est eis iure concessum Inno. in ca. quanto de consuetudine. Secundo ob. quod est acquisibile priuilegio est præscriptibile. ca. accedentibus, & cap̄. si de terra de priuileg. dic argumentū procedere in cōcess. priuilegio que sunt possessibilia, nam Romani pontifices qui concesserunt laicis priuilegia super præsentationibus reddiderunt eos capaces, ar. eorum. q̄ notat glo. in. §. verum. xxxij. di. in ca. bene quidam. cxvj. Et Romani pontifices reddiderunt laicos capaces per priuilegia, vt conferrēt ca. Adrianus. lxiij. di. Sed consuetudo etiam præscripta per tantum tempus. &c. non potuit laicos capaces facere iuris præsentandi, de quo Io. An. & Io. mo. in ca. ij. de prebend. in. vj. Tertio obstat ius patronatus transit cum vniuersitate. ca, ex literis. de iure patro. sic transit ad hæredes, qui succedunt in stirpes, nō in capita. in cle. ij. de iure patrona. ergo citra fundationem vel dotationem queritur, tu dic

